



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

Liber Primvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153



BIBLIOTHECÆ
PONTIFICIÆ
LIBER PRIMVS.

A.



ANCTVS ADEODATVS patriã Ro-
manus, Ordinis S. Benedicti, Papa 79. an-
no 669. die 9. Aprilis creatus, & coronatus
Romæ die Dominico, scripsit

*Epistolam ad vniuersos Gallia Episcopos
pro priuilegio Abbatia S. Martini Turonen-
sis. Quæ primò prodiit ex Chronico cu-*

*iusdam Canonici Turonensis, & Chartulario eiusdem Ab-
batia, operâ & studio eruditissimi Papyrij Massoni. Extat
etiam tom. 4. Conciliorum generalium & prouincialium Se-
uerini Binij, pag. mibi 813. & tom. 8. Annal. Baronij anno 676.
num. 2.*

Moritur Romæ anno 676. die 26. Iunij : sepeliturque in
Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 7. mens. 2. &
dies 17. Vacat Sedes mens. 4. & dies 6.

Eius vitam scripsit Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, &
cum eo omnes, qui de Romanorum Pontificum vitis scri-
pserunt

De Epistola Adeodati Papyrius Massonus, Baronius, Bi-
nius, Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Adeodati.*

A

S. AGA

S. AGAPETVS I. Romanus, Papa 59. ann. 535. tempore hyemali creatus, & 3. Nonas Iunij coronatus, ex Ciaconio, scripsit

Epistolas octo. Extant *tom. 3. Concil.* cum epistolis & exemplaribus precum Imperatoris Iustiniani à pag. 862. ad 868. cum Notis Seuerini Binij: & *tom. 4.* in Concilio Constantinopolitano sub Menna *act. 1. pag. 23. & 24.* vnà cum *epistola,* seu *libello* orthodoxorum Episcoporum Orientalium, contra Anthimum, Seuerum, aliòsque Acephalos, oblato Agapeto. Item & Epistola Monachorum eiusdem argumenti, *tom. 7. Annal. Baronij ann. 535. & 536. Epistola Agapeti* ad Iustinianum Imperatorem, quæ prodiit singulatim Parisiis 1563. apud Guillelmum Morellum, interprete Ioanne Picot Præsidente Camera Parisinæ Inquisitionum. Lugduni apud Gabrielem Corerium 1570. 8. Interprete Pardulpho Præcio, Augustobuscoducensi, Gallo. Ibidem apud Franciscum Iustum in 16. Gallicè, ex Bibliotheca Gallicana Antonij Verderi v. A. & Francisci de la Croix, falsò tribuitur nostro Agapeto Pape, sed meliùs Diacono. Basileæ etiam prodiit. Asseruantur MS. in Archiuo Ecclesiæ Arelatensis quædam eius Epistola.

Quædam eius *Decreta* leguntur apud Gratianum cum tali encomio: *Agapetus vas Catholicum, Euangelij tuba, Præco iustitie, sacra Altaris sedisque velamina, sacrilegi Anthimi insecta flatibus, suis catholicis precibus eluit.* De consecrat. dist. 1. Caranzam Archiepiscopum 92. Toletanum, & alios Canonum Collectores.

Decessit Constantinopoli anno 536. Tandem eius corpus Romam delatum, in Basilica Vaticana S. Petri sepultum die 20. Septembris. Sedit circa annum ex probatis Chronologistis.

Omnia Martyrologia eius sanctitatem celebrant; diuersimodè tamen. nam Romanum 20. Septembris, nempe translationis, Bedæ 22. Aprilis, Maurolyci 28. Aprilis. Menologium verò Græcorum 17. April.

Eius vita asseruatur MS. in Vaticano *num. 1538.* in Registro S. Gregorij Magni *pag. 194.* Confule etiam Petrum de Natalibus Episcopum Equilinum *lib. 4. cap. 77.* Anastasium

sium

sum Bibliothecarium, & omnes alios, qui de Sanctorum, & Summorum Pontificum vitis scripserunt.

De eius Epistolis, & Decretis loquuntur Liberatus Diaconus Carthaginensis in Breuiario *cap. 21*. Raphaël Volaterranus in *Antropologia*. Genebrardus in *Chronographia*. Antonius Demochares in *suis Decretorum Gratiani collectaneis*. Apparatus facer Possuini *v. A.* Iacobus Gualterus *fac. 6. col. 1. & 5.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegmatum Christianorum, pag. mibi 101.* Simon Milletus, Benedictinus in *suis annotat. ad libros dial. S. Gregorij pag. 101. & 103.* Simon Barthelius, Presbyter Regiensis in *Chronolog. Episcoporum Regiens. in Contumelioso.* Petrus de Marca *lib. 2. cap. 6. de Concordia Sacerdotij & Imperij.* Bibliotheca Gesneriana *v. A.* Ludouicus Carbo *de Script. sacris in 3. partem D. Thomæ, cap. 29.* Alphonfus Ciaconius in *Agapeto.*

AGAPETVS II. Romanus, Papa 131. anno 946. die 18. Maij. creatus. Scripsisse comperio, ex eius vitæ scriptoribus,

Epistolas ad varios; sed an extent, nihil explorati habeo. Ei scribit epistolam Synodicam Fridericus Archiepiscopus Moguntinus.

Concilium tandem eius Romanum anno 949. celebratum memoratur à Flodoardo Presbytero Remensi *lib. 4. cap. 33. & 34.* Binio *tom. 7. Concil. pag. 181. edit. 4.* Baronio & Spondano ann. 949.

Ex hac luce migravit Romæ anno 955. Sepultus est in Basilica S. Ioannis de Laterano, sexto Kalendas Ianuarij, seu 27. Decembris. Sedit ann. 9. mens. 7. & dies 10. Vacauit Sedes Romana dies 12. ex Ciaconio.

Eius vitæ scriptores Petrus Guillermus, Martinus Polonus, & alij.

De Epistolis Agapeti Sigebertus Gemblacensis in *vita S. Guilberti, apud Surium die 23. Maij tom. 3.* Antonius Possuinus in *Apparatu sacro, verb. Inqueleheimense.* Bibliotheca Cluniacensis sub Ademaro Abbate 3. Cluniacensi. Andreas Duchesnius in *Agapeto 2.* Chronicon Cassinense. Alphonfus Ciaconius in *Agapeto 2.*

S. AGATHO, Siculus, Monachus Ordinis S. Equitij, Papa 71. an-

no 678. creatus, & 7. Idus Iunij die Dominico, anno Christi
679. consecratus, ex Ciaconio, scripsit

Epistolas tres; quarum duæ ad Augustos Imperatores; al-
tera verò ad Edictum Archiepiscopi 34. Viennensem diri-
guntur. Extant *tom. 5. Concil. in Sexta Synodo œcumenica*
Constantinopolitana Græcè & Latine à pag. 31. ad 77. to-
mo 8. Annal. Baronij ann. 680. num. 6. & seqq. 29. & seqq. 682.
num. 50. in collectione Sanctionum, seu Conciliorum, Fran-
cisci Iouerij à pag. 70. vsque 73. Bibliotheca Floriacensi ult.
part. pag. 39. etiam in Antiquitatibus Viennensibus Ioannis
Lieuræi pag. mibi 163. & 164.

Concilium eius Romanum, quo 125. Episcopi ortho-
doxam fidem confirmarunt, Monothelitarum hæresim con-
demnarunt, atque legationem Constantinopolim ad Syno-
dum œcumenicam decreuerunt, anno 680. celebratum, ha-
betur *tom. 5. Concil. cum notis Binsianis pag. 5.*

Migravit ad Dominum Romæ 682. die 10. Ianuarij. Se-
pultus est in Basilica Vaticana S. Petri, vbi olim legebatur
sequens Epitaphium:

Pontificalis apex virtutum pondere fultus,
Ut iubar irradiat, personat ut tonitru:

Quæ mox hic per agit doctrine fomos & auctori:

Format enim gestis, quos docet eloquijs:

Dum simul equiparet virtus, & culmen honoris,

Officium decorat moribus, arte gerit.

Preditus his meritis Antistes Summus Agatho,

Sedis Apostolicæ fœdera firma tenet.

En pietas, en prisca fides: insignia Patrum

Intemerata manent nisibus, almo, tuis.

Quis verò numeret morum documenta tuorum,

Formula virtutum cum tua vita foret?

Sedit annos 3. menses circiter quinque. Vacat Sedes an-
num 1. menses 7. & dies 5.

Martyrologium Romanum & Chronicon Monasticum
Bobienſe MS. Romæ apud D. Constantinum Caietanum,
Abbatem, aſſeruatum, eius ſanctitatem laudant.

Anaſtaſius Bibliothecarius eius vitam ſcriptis mandauit,

&

& omnes alij, qui de Romanis Pontificibus scripserunt.

De Agathonis Epistolis præter auctores citatos, consulendi sunt Flavius Constantinus Imperator *in Epist. ad Agathonem*. Beda *l. 5. c. 20. hist. Angl.* Concilium Generale Florentinum *sess. 5.* Iuo Carnotensis *in Decreto*. Sigebertus *in Chronolog.* Genebrardus *ibid.* Gualterus *ibid. sac. 7. col. 5. verit. 11. §. 3. & 12. §. 5.* Posseuinus *in Apparatu, v. A.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 4.* Ioannes Ekhus *lib. de Primatu Petri.* Iodocus Coccius *in Thesauro Cathol.* Petrus Cotton *lib. 2. Instit. cathol. cap. 13.* Iacobus Seuertius *in S. Edicto Archiepiscopo 35. Viennensi.* Franciscus à Coriolano *in Breniar. Chronolog.* Petrus de Marca *lib. 1. cap. 7. de Concordia Sacerdotij & Imperij.* Ludouicus Carbo Perusinus *de Script. sacris in 1. part. D. Thom. cap. 8. & 29.* Anastasius Bibliothecarius *in Agathone.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Agathonis.*

S. ALEXANDER I. Romanus, Papa 7. anno 121. creatus, die 14. Nouembris, scripsit

Epistolas tres, quas recensent Binius *tom. 1. Concil. cum Notis à pag. 66. vsque 71.* & Franciscus Iouerius *in sua collectione.* Prodiere etiam Basileæ 1536. cum alijs Epistolis Pontificijs. Extant M S. in Vaticano ex Francisco Turriano aduersus Magdeburgenses Centuriatores *lib. 1. cap. 22.* Petrus Riuetius, Pictauus, Calvinista, non admittit has Epistolas; sed consule pro parte nostra, auctores infra citatos, qui vnanimiter eas legitimas recipiunt. Addidit ad Canonem Missæ, *Qui pridie quam pateretur*, & reliqua vsque ad consecrationem, ex Baptista à Glano, Ciaconio, & alijs.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Codicem quinque librorum *l. 2. cap. C.* Carranzam, Binium, Barbosam, & alios Canonum Collectores.

Insignis Christi Martyr effectus est Romæ, anno Domini 132. die 3. Maij in via Numentana, vbi primum sepulturam accepisse comprobatur; sed tandem sacrum eius corpus Lucæ in Etruria tempore Alexandri II. Papæ, delatum fuit, vt ex sequenti inscriptione; quæ ibidem legitur in Sacello S. Alexij.

Corpus Beatissimi Alexandri Prim. Pont. Maximi sub Adriano Imperatore martyrio coronati, unâ cum catena, quâ vinctus custodiebatur. Ab Alexandro I I. in ara huius templi subterranea conditum, debita cum reuerentia fuit in hoc altare translatum. Ann. Dom. M. D. XXXIII. mens. Decembr. Curante Nobili viro Arnolphino Æd.

Sedit ann. 10. mens. 5. dies 19. Vacat Sedes dies 25. ex Genebrardi, & Platinae supputatione, non verò 35. vt annotauit Alphonsus Ciaconius in Alexandro I. nisi sit error Typographi, vt facillè conuicio, licet sit in variis locis diuersus supputationibus nostris.

Omnia Martyrologia eum commemorant eodem die: eiusque vitam posteritati consecrârunt S. Damasus in *Pont. Romano*. Petrus de Natalibus in *catalog. SS. lib. 4. c. 118.* & alij quamplurimi, quos breuitatis causâ omittimus.

De Alexandri Epistolis S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis *Apolog. 2. epist. 3.* S. Iustinus Martyr *Apolog. 2. ad Anton.* Thomas Netterus, aliâs VValdensis, Carmelita *tom. 1. Doctrinalis fidei lib. 2. art. 3. q. 33. 45. & 79.* & *tom. 2. de Sacramentis cap. 95.* Coccius in *Thesauro*. Petrus Canisius *de sacrificio Missæ. Bellarminus lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 14.* Genebrardus *lib. 3. Chronographiæ in Alexandro.* Volaterranus *lib. 22. Antropol.* Simoneta *lib. 3. c. 8.* Baronius *ann. 132. num. 3.* Gualterus *fac. 2. col. 1. & verit. 1.* Luitprandus Ticinensis in *eius vita.* Andreas Duchesnius *ibid.* Ioannes Petrus Camus *ibid.* Coriolanus *ibid. & in Summa Concil. prælud. 1.* Petrus Aubertus Consiliarius Bellouacensis in *histor. Regum Francorum Parisiis 1622.* apud Carolum Castellanum in 4. Gallicè edita. Alphonsus à Castro *lib. 2. de heres. & seqq.* Ludouicus Carbo *de Script. sacris in partem 2. Summe D. Thomæ, cap. 8.* Thomas Beauxamis *tom. 2. Harmoniæ Euangelicæ, pag. mibi 549.* Alphonsus Ciaconius in *Alexandro I. Platina ibid.* Gabriel Martinus aduersus Marcum Vulsonem Caluinistam *pag. 287.*

ALEXANDER II. antea Anselmus Radagius nuncupatus, patriâ Mediolanensis, Papa 155. anno 1061. die 1. Octobris creatus, scripsit

Epistolæ

Epistolas triginta octo. Leguntur *tom. 7. Concil. Binj à pag. 278. usque 289.* Papyrius Massonus quindecim ad Geruasium Barbet Archiepiscopum 43. Remensem, in lucem emisit, quæ habentur *tom. 3. Bibl. Patrum à pag. 744. ad 750.* Aliæ verò desumptæ sunt ex Codicibus Bibliothecarum Vaticanæ, Cassinæ, S. Victoris Parisiensis, Antonij Augustini Archiepiscopi Tarragonensis, Nicolai Ormaneti Episcopi 106. Patauini, ac Michaëlis Thomasi Episcopi Ilerdensis: etiam ex Alberto Stadiensi, Petro Damiano, Adamo Bremensi, Guillelmo Malmesburiensi, vitâ S. Annonis Archiepiscopi 33. Coloniensis apud Laurentium Surium, & Card. Baronium. Extant MS. in Bibliotheca Bodleiana Anglicana in *4. num. 10. Th.* huic Alexandro scripserunt Epistolas Petrus de Honestis Card. Damianus, Lanfrancus, Papiensis, Archiepiscopus 33. Cantuariensis, Geruasius Barbet. Clerus & Populus Florentinus.

Eius *Decreta* reperiuntur apud Gratianum, Iuonem, Antonium Augustinum, Augustinum Barbofam & alios.

Quatuor tam Romæ, quàm Mantuæ celebravit Concilia, quæ *tom. 7. Concil. cum Notis Binianis, habentur à pag. 299. ad 302.*

Moritur Romæ miraculis illustris anno Christi 1073. die 21. Aprilis, aliis 22. aliis 29. Maij. Sepelitur in Basilica Lateranensi. Sedit annos 11. mens. 6. dies 22.

Eius vitæ scriptores Bernardus Guidonis Episcopus Lodeuensis, Nicolaus Arragonius Cardinalis, & alij de Roman. Pont. vitis.

De scriptis Alexandri II. Leo Ostiensis *in Chron.* S. Antoninus *ibid.* Gregorius VII. Papa *in Epistolis suis,* Guillelmus Malmesburiensis *lib. de Pont. Angl.* Bibliotheca Cluniacensis *pag. 311.* Cœcius *in Thesuro.* Ekius *de primatu Petri.* Ioannes Picardus Canonicus Regularis, Victorinus Parisiensis *in Notis ad Epistolas S. Bernardi.* Claudius Robertus *in Geruasio Barbet.* Petrus Frizon *ibid.* Coriolanus *in Breuiar. Chronol.* Andreas Duchesnius *in Alexandro.* Camus *ibid.* Petrus Gaillardus *ibid.* Henricus Spondanus *in Epitome Baronij.* Salmerton *tom. 12. tractat. 64.* Petrus Arcudius *lib. 6. de Concordia Ecclesia*

Ecclesie Orientalis, & Occidentalis. Constantinus Caieranus
comment. in Gelasij II. *Papa. vitam.* Leo Ostiensis *Chron. Casin.*
lib. 3. cap. 36.

ALEXANDER III. antea Rolandus Bondinellus, dictus postea
Paparonus Senensis, Papa 169. anno 1159. die 5. Septembris
creatus, & 20. coronatus. Scripsit

De Potestate Ecclesiastica, lib. 1.

Epistolas Decretales sui temporis in vnum Codicem red-
actas, *Consulta Alexandri* voluit nominari. Secundum quos-
dam eum scripsisse reperio Epistolarum ad diuerfos, libros
viginti duos. Sed an omnes extent, nihil certi habeo. Qua-
dam tamen prodierunt Parisiis apud Sebastianum Cramoi-
sy 1613. 8. studio Eruditissimi P. Jacobi Sirmondi S. I. post
Epistolas S. Petri Cellensis: sed Andreas Duchesnius ma-
gnam harum partem in *sua historia Ecclesiastica Gallicana*
promittebat, at morte praeventus, nescitur an sit in lucem
proditura. Seuerinus Binius verò varias refert *tom. 7. Con-*
cil. tam sub Alexandro à pag. 629. vsque ad 637. quàm in
Concilio Generali Lateranensi pag. 656. 666. & 692. partim
ex Codice Vaticano desumptas. Et in Appendice ad Conci-
lium Lateranense III. œcumenicum. Quædam alia reperiu-
tur MS. in Chartulariis S. Germani, & S. Genouefa Lutetia
Parisiarum, & in Chronico MS. Vezaliensi. Aliæ inter opera
S. Bernardi Parisiis 1623. fol. edita pag. 2051. 2052. & 2053.
Aliæ apud Surium *tom. 3. de S. Eduardi Anglorum Regis ca-*
nonizatione. Aliæ apud Emanuelem Rodericum pro con-
firmatione Ordinis S. Iacobi de la Spatha pag. 3. huic rescrip-
serunt Emanuel Comnenus Imperator Græcus,
Ludouicus Francorum Rex. Henricus II. Plantagenetus An-
glorum Rex. Guilielmus ad Albas manus, Archiepiscopus
52. Rhemensis, & 69. Senonensis ex Episcopo 66. Carnoten-
si, tandem Cardinalis. S. Thomas Becker Archiepiscopus 38.
Cantuariensis, & Martyr. Petrus Blesensis, Archiepiscopus
Neapolitanus nominatus. S. Ioannes Scotus, Episcopus Dun-
keldensis. Arnulphus Episcopus 14. Lexouiensis. Stephanus
Episcopus 49. Tornacensis S. Hildegardis Abbatisse, Abba-
tes Galli pro confirmatione electionis Guilielmi Abbatis Ve-
zaliensis,

zaliensis, Richardus cognomento Magnus, Archiepiscopus
39. Cantuariensis.

Quædam eius *Decreta* leguntur apud Gratianum, Barbo-
sam, & alios Decretorum Collectores; sed etiam in *Codice*
MS. Lugduni apud Carmelitas Regularis Observantiæ, asser-
uato, sic prænotato: *Exceptiones Deoet alium trium Compila-*
tionum. Incipiunt: Canones ab omnibus custodiantur, & nemo, &c.

Eius Concilia Turonense & Lateranense reperiuntur to-
mo 7. *Concil.* cum Canonibus & Notis Binij.

Obiit anno Domini 1181. die 27. Augusti: sepultus est in
Basilica Imperiali Constantiniana Lateranensi. Sedit annos
21. & dies 19. Vacat Sedes dies duos.

De rebus gestis Alexandri III. scripsere præter Auctores
vitarum Rom. Pontificum in generali, Anonymus quidam
in Vaticano asseruatus: alter Anonymus in fragmento histo-
riæ Alexandri III. Patauij in Bibliotheca Dominici Molini
Senatoris Veneti asseruato MS. Italicè *ex Bibliothecis Pata-*
uinis Cl. V. Iacobi Philippi Tomasini. Felix Contelorius Cæ-
sius *lib. de rebus gestis Alexandri III. ab anno 1175. vsque ad*
1178. Fortunatus Vlmus, Abbas Congregationis Cassinensis
in historia de occulto Aduentu Venetias Alexandri III. Ve-
netiis Italicè 1629. edita, quam Notis & animaduersionibus
eruditissimis conuellere tentauit idem Contelorius, ac etiam
N. Bardius in *explicatione picturarum palatij maioris S. Marci,*
edita Venetijs in 8. & Cornelius Frangipanus *ibidem edi-*
tus in 4. necnon Anonymus MS. apud Cl. V. Gabrielem Nau-
dæum, qui tandem quam Vlmus sententiam fulcire conati
sunt. Andreas Saussaius Concordiæ Alexandri & Friderici.
Gilbertus Foliothus, Petrus Opmerus, Angelus Manrique,
Lucas Tudensis Romualdus, Archiepiscopus Salernitanus.

De scriptis Alexandri *Chronica S. Germani de Pratis, Pari-*
siensis, S. Albini Andegauensis, & monasterij Vezaliensis. Biblio-
theca Patrum tom. 3. Longinus Polonus in *Chron. Poloniæ.* Ra-
deuicus in *vita Friderici.* Guillelmus Neubrigensis in *Annal.*
Matthæus Paris *ibid.* Rogerius Houedenus *ibid.* Robertus de
Monte in *continuatione Sigebertina.* Ioannes Cornoualiensis
in *Eulogio ad Alexandrum.* Ioannes Darisberiensis Episco-

B pus

pus 67. Carnotensis in suis epistolis & vitâ S. Thomæ Cantuariensis. Romualdus Archiepiscopus Salernitanus in Chron. Ioannes Tillius Episcopus 94. Meldensis in hist. Franc. Trithemius de script. Eccl. Henricus à Gandauo ibid. Apparatus Possuini. Rupipozæus in Nomenclatura Cardinalium. Bibliotheca Cluniacensis. Hubertus Morus Remensis de sacra Regum unctione. Claudius Robertus in Gallia Christiana. Coccius in Thesuro. Baronius tom. 12. Annal. Gilbertus Foliothus, Anglus, lib. de causa Regis Henrici II. ad Alexandrum III. Papam. Ludouicus VII. Rex Francorum Epist. ad Alexandrum. Bibliotheca Gesneri, Angelus Manrique tom. 2. Annal. Cisterc. Ciaconius in vita Alexandri III. Ioannes Philippus Nouariensis in historia Canonorum Regularium. Ioannes Mariana lib. 11. cap. 6. de rebus Hispan. Iacobus Gretserus in examine mysterij Plessaani. Leonardus Coquæus in Antimonæo.

ALEXANDER I.V. antea Rainaldus, seu Rolandus, Comes Signinus, natione Hænicus, patriâ Anagninus, Papa 180. anno 1264. die 25 Decembris, creatus Neapoli, scripsit

Epistolas quamplurimas; quarum Registrum extat MS. in Vaticano, & in Bibliotheca Palatina. Ei scripsit Epistolas S. Adamus, Scotus, Episcopus Cathenesius ex Thoma Dempstero lib. 1. hist. Eccl. gentis Scotorum v. A. & Seualus, Anglus, Archiepiscopus Eboracensis.

Moritur Viterbij anno Christi 1261. die 25. Maij: sepeliturque ibidem in Ecclesia S. Laurentij. Sedit annos 6. mens. 5. & dies 13. Vacat Sedes mens. 3. & dies 4.

Vitæ eius scriptores Platina, Simoneta, Massonus, Duchesnius & alij, de vitis Romanorum Pontificum.

De Alexandri IV. Epistolis consulendi sunt Henricus Stero in Annal. Ioannes Hocsemius lib. 2. cap. 6. de Episcopis Leodiensibus. Henricus Canisius tom. 1. antiq. lectio. Matthæus Paris, auctus in Chron. Paulus Æmilius, Veronensis, in histor. Franc. Robertus Gaguinus l. 7. ibid. Emanuel Rodericus in Bullario. Ioannes Baptista Confettius ibid. Collectio Constitutionum Apostolicarum Romæ 1579. apud hæredes Antonij Bladij fol. edita. Bzouius in Annal. Spondanus ibid. Binius tom. 7. Conc. pag. 867. Lucas VVadingus tom. 2. Annal. Minorum.

rum. Franciscus à Coriolano in *Breu. Chron.* Claudius Heme-
raus *lib. de Academia Parisiensi cap. 2.* Ioannes Marquez, Au-
gustinianus, Professor Salmanticensis, *de origine Eremitarum*
Augustinensium l. 14. cap. 13. Angelus Manrique *tom. 1. Annal.*
Cist. ann. 1136. c. 2. n. 4. Ciaconius in *Alexandro IV.* Iacobus
Greferus *cap. 55. exam. mysterij Plessaani.* Nicolaus Sanderus
de visibili Monarchia.

ALEXANDER V. antea Petrus Philargus, Cretensis, Can-
dius, Ordinis Minorum, Papa 205. anno 1409. die 26. Iunij
Pisis creatus, & 7. Iulij coronatus, scripsit

Commentaria in sententias, lib. 4. incip. Circa prologum, in quo
Doctores communiter querunt, &c. Extant MSS. Oxoniae in Bi-
bliotheca Balliolensi vol. 57. Cremonae apud Augustinianos.
Pisauri in illa Ducis. Patavij in illa S. Antonij apud Francisca-
nos Conuentuales.

Quodlibeta quaedam.

Conclusiones in Collegio habitas. Cantabrigiae MSS. in Colle-
gio Emanuelis n. 29.

Sermones varios.

Epistolas ad diuersos MSS. in Vaticano, quarum vna legitur ad
Hugonem Etherianum tom. 6. Biblioth. Patrum Margarini Bi-
gnæi Cenomanensis edit. 2. & 4. Reperio Andream Billium
Mediolanensem scripsisse de Concordia & meritis Ordinum
super generali indulto Alexandri Papae V. ad Reginaldum Re-
mensem 73. Archiepiscopum lib. 2.

Moritur Bononiae anno gratiae 1410. die 3. Maij more Gal-
lico, Italico verò die 4. hora quinta noctis sequentis. Ibidem-
que apud Franciscanos Conuentuales marmoreo tumulo est
conditus, cum sequentibus inscriptionibus, quas sic accepi
anno 1640. die 9. Septembris.

Petro Philargo Cretensi, viro insigni, Oratori gentium, Contio-
natori facundo, Consiliario Ducum, Disputatori acerrimo, Parisiis
publicè Theologiam profitenti, in quatuor libros Sententiarum
scriptori luculentissimo, qui ex Ordine Minorum ad Episcopatum
Vincentinae, Nouariae, Archiepiscopatum Mediolanensem, Cardina-
latum, & tandem Summi Pontificis apicem euectus est, Alexan-
der V. appellatus. Bononia moritur ann. Sal. M. CCCC. X.

Pontificatus sui mense 8. correctius 11.

R. Io. Baptista Paganus de Zanetinis Bonon. pietatis impulsu, dum plura in hoc templo diuo cultui pararet, eidem diuo cultui hoc Mausoleum reparauit anno Domini M. D. LXXXIV. die 22. mensis Septembris.

Alia contra Sepulchrum.

Summus Pastorum Alexander Quintus, & omnis Scriptura lumen, Sanctissimus Ordo Minorum quem edidit, & proprio Cretenfis nomine Petrus migravit M. CCCC. X.

Sedit menses 10. & dies 7. Vacat Sedes dies 14.

Alexandri V. vitam scripserunt Platina, Ciaconius, Binius, Ægidius Viterbiensis Card. Lege etiam *Orationem & Carmina gratulatoria Guasparini Bergomensis ad Alexandrum V. Donatum Bossium in Elogio Petri Philargi Archiepiscopi 108. Mediolanensis. Paulum Morigiam ibid. Iosephum Ripamontium ibid. S. Antoninum, Lucam Vadingum in Annal. Minorum, tom. 5. ann. 1410. vbi calumnias in eum illatas detegit, & detergit. Ioannem Riudadellum, Diaria Stephani Infessura, Antony Petri, & Pauli Læly Petroni.*

De eius scriptis, Bibliotheca Patrum *loco cit.* Abbas Trithemius *de Script. Eccles.* Bibliotheca *materiarum Molani.* Index vniuersalis *Fabiani Iustiniani.* Apparatus *Possuini.* Ludouicus Carbo, Perusinus, *in Catal. Interpretum in D. Thomam.* Bibliotheca Theologica *Angeli Rocche.* Henricus V Villotus Belga, Franciscanus, *in Athenis suis.* Marcus Vlyssonensis *in Chron.* Franciscus Gonzaga *in historia Seraphica.* Bernardinus de Butis *serm. 4. de Conceptione.* Bzouius *in Annal.* Spondanus *ibid.* Ioannes Ekius *de primatu Petri lib. 1. c. 44.* Ferdinandus Quirinus de Salazar S. I. *lib. de Conceptione.* Bibliotheca Mariana *Hippolyti Maracci.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophtheg Christian. pag. 235.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Iacobus Auzolius *in Sanct. Chronol.* Ioannes Baptista à Glano *in eius vita.* Theodoricus à Niem. Rodolphus Tossianensis *in histor. Seraphica.* Bibliotheca *Abbreniata Gesneri.* Blondus *lib. 10. dec. 2.* Ioannes Cochlaeus *lib. 1. hist. Hussitarum.* Andreas Vico

Victorellus *addit. ad vitam Alexandri V.* Lucas VVadingus
tom. 5. *Annal. Minor.*

ALEXANDER VI. antea Rodericus Borgia, aliàs Lenzola
dictus, Valentinus, Hispanus, Papa 215. anno 1492. die 11.
vel 13. Augusti creatus, & 12. Septembris coronatus, ex Rū-
pipozæo Cardinalium nomenclatore, scripsit

Clypeum defensionis fidei S.R.E. Argentorati 1497.

De Cardinalium excellentia, & officio Vicecancellarij lib. 1.

Afferuabatur olim in Bibliotheca eruditissimi Guillelmi
Cardinalis Sirleti.

Glossam in Regulas Cancellariæ ad Innocentium VIII.

Epistolæque plures ad Franciscum Cardinalem Ximenium,
Franciscanum, Archiepiscopum 87. Toletanum, & Francif-
cum Philelphum. Quarum quædam extant in *Bibliotheca*
Cardinalis Sirleti, & in *vita* Cardinalis Ximenij. Ei scripsit
Epist. *Cassandra Fidelis*, Veneta, litteris decorata. Eius Episto-
læ in causa Hieronymi Sauonarolæ, Dominicani, cum respon-
siuis dicti Hieronymi. Extant MSS. in *Biblioth. Enij Francisci*
Card. Barberini, Litteratorum Patroni munificentissimi.

Constitutiones Ecclesiasticas; quæ leguntur in collectioni-
bus Romana & Confertiana, necnon in Bullariis Emanuelis
Roderici, & Laërtij Cherubini.

Moritur anno salutis 1503. die 18. Augusti. Sepultus est in
Sacratio S. Petri. Sedit annos 11. & dies 8. Vacat Sedes
mensum 1. & dies 3.

Eius res gestas scriptitarunt Onuphrius Panuinus, Ciaco-
nius, Binius, & alij; sed habes præterea Bernardinum Lonati
Papiensem Cardinalem in *Prognostico ad Alexandrum VI. olim*
MS in Bibliotheca Sirleti asseruato. Michaëlem Fermum Me-
diolanensem in *Conclau. Alexandri VI. à Iacobo Philippo To-*
masino MS. asseruato Ioannem Lucidum Cathanium in *Ora-*
tione ad Alexandrum VI. Adrianum Castellensem, Francif-
cum Sphærum, Raphaëlem Volaterranum, Thomam de
Vio Caietanū, Angelum Politianum, Antonium Galeacium
Bentiuolum, Beneuenutum de S. Georgio, Erasmus Vitel-
lium, Gentilem Episcopum Aretinum, Iacobum Spinolam
I.C. Iasonem Mainium, Marcum Montanum, Nicolaum

Estensem, Nicolaum Tigrinum, Petrum Caram, Rutilium Zenonem, Sebastianum Baduarium, Aegidium Cardinalem Viterbiensem.

De eius scriptis Alvarus Gomezius, Hispanus, in *vita Cardinalis Ximenij*. Franciscus Philephus in *Epist.* Hermolaus Barbarus *ibid.* qui etiam ei dedicat suas castigationes Plinianas. Iodocus Coccius in *Thesauro Catholico lib. 4. art. 8.* Onuphrius Panvinius *lib. de sept. Eccl. urb. & in vita Alexandri VI.* Paulus Mucantius in *MSS. observationibus ceremonialibus anni Iubilaei cap. 1.* Ioannes Burchardus in *Diario Alexandri VI.* Andreas Victorellus *part. 3. Hist. 12. Iubil.* Vbertus Velleius in *Appendice ad Annales Roberti Guaguini.*

S. ANACLETUS, Atheniensis, Græcus, Papa 5. anno 103. die 15. Decembris, aliis 3. Aprilis coronatus, scripsit

Epistolas tres, quas refert Scuerinus Binius *tom. 1. Conciliorum à pag. 50. usque ad 61. cum Notis.* & Franciscus Iouerius in *sua collectione Decretorum Parisiis 1555. fol. edita, pag. 97. & 98.* Vna etiam habetur in *collectione Epistolarum Pontificiarum Basileæ 1570. fol. edita, cum Ioannis Sichardi argumento.* Petrus Riuetus, Calvinista, fictitias reputat, sed ei opponimus auctores infrà citatos.

Duo eius *Decreta* leguntur apud Gratianum, Carranzam, Barbosam, & alios. Extant MSS. in Bibliotheca Patauina S. Ioannis de Viridario, in libro, cuius titulus est, *Ordo Pontificum.*

Martyrium passus est Romæ anno Domini 112. die 13. Iulij: sepultus est in Vaticano, in Ecclesia, quam in honorem S. Petri construxit, iuxta corpus eiusdem S. Petri. Sedit annos 9. mens. 3. & dies 10. Ciaconio annos 9. menses 2. & dies 28. Vacat Sedes dies 13.

Omnia Martyrologia & Menologium Græcorum eius sanctatem, eodem die, celebrant.

Eius vitam conscripserunt S. Damascus in *Rom. Pont. vitis.* Petrus de Natalibus in *Cat. l. 6. cap. 95.* & alij, qui de vitis Sanctorum & Rom. Pontificum.

De eius Epistolis lege, si lubet, S. Anicetum Papam in *Epistola ad Gallia Episcopos.* Thomam V. Valdensem, Carmelitam

l. 2.

l. 2. Doctrinalis fidei art. 1. cap. 2. 4. 18. & art. 3. cap. 33. 42. 63. & tom. 2. de Sacramentis, cap. 116. Ekium lib. de Primatu Petri aduersus Lutherum. Thesaurum Coccij. Guillelmum Eisingrenium in Catal. testium veritatis. Antonium Caraffam Cardinalem in collectione Epistolarum Decretalium. Balthasarem V Verlinum, Colmariensem, in addit. ad Trithemium. Genebrardum in Chronographia. Nauclerum ibid. Gualterum ibid. Franciscum Turrianum de Epist. Pontificijs. Bellarminum l. 2. de Rom. Pont. cap. 4. 14. & 17. Baronium tom. 2. annal. anno 103. Apparatum sacrum Possuini, v. A. Coriolanum in Breu. Chron. & pralud. 9. Summa Concil. pag. 54. 65. 77. & in annotat. ad Canones Apostolorum, annot. 1. & 9. Canon. Duchesnium in eius vita. Camum Episcopum Bellicensem ibid. Raphael Volaterranum l. 2. Antropol. Simonetam lib. 3. cap. 6. Alphonsum Salmeronem tom. 12. tract. 60. 61. & 63. Alphonsum à Castro de heres. v. Episcopus. Thomam Beauxamis Carmelitam tom. 3. harmon. Euangel. Thomam à Iesu Carmelitam part. 2. de proprietate abditanda. Stephanum Bauny S.I. in practica iuris Canonici. Gesneri Bibliothecam. Ciaconium in vita S. Petri, & in Anaclero. Andream Victorellum in add. ad vitam S. Gelasij I. Galbrielem Martinum aduersus Vulfonem pag. 113.

S. ANASTASIVS I. Romanus, Papa 40. anno 398. die 14. Martij Romæ creatus, & consecratus, scripsit

Varias Epistolas, quarum tres tantum leguntur tom. 1. Concil. cum Notis Binianis, pag. 724. 25. & 26. duæ verò in collectione Ioueriaga, pag. 132. & 133. vna verò ad Vrsinum de Incarnatione filij Dei, cuius tria extant fragmenta in appendice ad Breviarium Liberati Diaconi: sed iudicio Laurentij Suriij & Baronij falsò Athanasio tributa, vt docet Binius. Aliæ in causa Origenistarum & Donatistarum, hætenus Auctoribus, & nobis ignotæ. Inter Epistolas D. Hieronymi vna reperitur Anastasij ad Iouannem Hierosolymitanum Episcopum de Ruffini sententia, quæ est n. 43.

Quædam Decreta, quæ reperiuntur apud Gratianum, Bartholomæum Carranzam, Dominicanum, & alios.

Migrauit sanctissimè ad Dominum anno 402. die 27. Aprilis: sepultus est primò in Cœmeterio suo ad Vrsinum pileatum

cum

cum sequenti Epiraphio:

Limina nunc seruo, tenui qui culmina Sedis,

Hæc merui tumulum Præsub Anastasius.

Presbytero genitus delegi dogmata vite,

Militiæq. Dei natus in officijs.

Pontificum casto famulatus pectore iussis,

Obtinui magnum nomen Apostolicum.

Deinde in Ecclesias Carmelitarum SS. Syluestri & Martini de Montibus, in titulo Equitij translatus tempore Sergij iunioris, seu II. Papæ, vt antiqua inscriptio marmorea ad cornu Euangelij maioris altaris contra parietem collocata, comprobatur. Sedit annos 4. mensem 1. & dies 13. Vacat Sedes dies 21.

Anastasius Bibliothecarius, Petrus de Natalibus in Catalogo SS. & alij recentiores, eius vitam ad posterum transmiserunt.

Eius Epistolæ memorantur à S. Hieronymo *epist.* 16. Marcellino in *Chron.* Genebrardo *ibid.* Apparatu sacro Possuetini v. A. Baronio *ann.* 398. & 402. Iodoco Coccio in *Thesauro Catholico.* Volaterrano *l.* 22. *Antropol.* Augustino Barbosa IC. in *Collectaneis Doctorum super Decretum Gratiani.* Duchesnio in *Anastasio.* Coriolano *ibid.* Iacobo Gualtero *secul.* 4. & 5. *col.* 1. Coriolano in *Summa Conciliorum Parisiis* 1639. *fol.* edita. Alphonso Ciaconio in *Anastasio.* Baptistâ Platinâ *ibid.* Baptistâ à Glano Leodiensi *ibid.*

A N A S T A S I U S II. Romanus, Papa 52. anno 496. die 28. Nouembris creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolam unam Decretalem ad Anastasium Imperatorem hæreticum, per Germanum Capuanum & Cresconium Tuderinum, Episcopos, Sedis Apostolicæ Legatos Constantinopolim, transmissam, vt Acacij Episcopi Constantinopolitani nomen è dypticis eraderetur, sicque concordia, Orientali Ecclesiæ restitueretur. Extat *tom.* 3. *Concil. cum Notis Binianis,* ab vrbe Roma missis ab Anastasio Papa, à pag. 668. vsque ad 672. & *tom.* 6. *annal. Baronij ann.* 497. Item in *collectione Ioueniana,* pag. 165. Extat MS. in *Bibliotheca Cameracensi in Belgio.*

Eius

Eius *Decreta* apud Gratianum, Carranzam, Iouerium, Augustinum Barbofam, & alios.

Moritur Romæ anno salutis 498. die 19. Nouembris: sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 2. minus diebus septem, hoc est, annum 1. mensi 11. & dies 21. Vacat Sedes dies 4.

Eius vitam posteritati consecrauit Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, & alij, de *Romanorum Pontificum vitis*, quos consulere potes in nostro libro 2. huius Bibliothecæ.

De Epistola & Decretis Anastasij, II. Ioannes Trithemius, Thomas V. Valdensis tom. 2. de *Sacram. cap. 11*. Albertus Pighius lib. 4. de *Eccles. hierarch. cap. 8*. Franciscus Feuardentius Doctor Sorbonicus, Minorita, in *Theomachia Calvinistica*, l. 3. de *aterno Dei filio*, cap. 8. pag. 82. Antonius Posseuinus in *Appendice ad tomum 1. Apparatus sacri, v. A.* Bellarminus lib. 2. de *Rom. Pont. cap. 14*. Petrus Cotton lib. 2. *Institut. cathol. cap. 13*. Ioannes Ekius de *Primatu Petri*. Coccius in *Thesauro*. Volaterranus l. 2. *Antropol.* Didacus Couarruias l. 4. *variarum cap. 13*. Petrus Cenedus ad *Decretum collect. 16*. Gualterus *fac. 5. col. 1*. Genebrardus in *Anastasio*. Camus *ibid.* Coriolanus, Duchesnius *ibid.* Iacobus Auzolius *ibid.* Gesneri *Bibliotheca*. Alphonsus Ciaconius, Dominicanus in *Anastasio II*. Anastasius Bibliothecarius *ibid.* Albertus Pighius de *hierarch. Eccles. lib. 4. cap. 13*. Andreas Viçtorellus in *addit. ad vitam Anastasij II*.

ANASTASIVS IV. Romanus, antea Conradus de Suburra, Abbas, 3. S. Ruffi Ordinis S. Augustiniani, tandem Papa 167. Anno 1153. die 9. Iulij creatus, & 12. consecratus Romæ, scripsit

Epistolus ad diuersos, vt colligo ex Andrea Duchesnio, quas ipse penes se MSS. asseruabat; vnam solummodò reperio apud Binium in *Appendice ad Concilium Lateranense 3. œcumenicum pag. 709*.

Moritur Romæ anno Domini 1154. die 2. Decembris: sepeliturque in Basilica Constantiniana, sub tumba porphyrea: sedit annum 1. mensi 4. & dies 23. Vacat Sedes dies 2.

Eius vitam scripsere Platina, Onuphrius, Ioannes Baptista

C

à Gla

à Glano, Duchesnius, & alij, de *vitis Rom. Pont.* Consule etiam, si lubet, auctores, qui de *Illustr. viris Canonorum Regularium* scripserunt; nempe Petrum Grisium, Ioannem de Nigraualle, Gabrielem Pennotum, & alios.

Eius Epistolæ reperiuntur in *Chronico MS. Vezeliaco.*
S. ANICETVS, natione Syrus, de vico Humisia, Papa 12. anno 167. die 25. Iulij creatus, scripsit

Epistolam Decretalem ad Galliæ Episcopos, quam Notis illustravit eruditus Binius *tom. 1. Concil. pag. 86. 87. & 88.* Vittakerus, Riuetus & Magdeburgenses hæretici, contra hanc Epistolam acriter oppugnant, sed temerariè, vt constat ex testimoniis virorum doctissimorum infra citatorum.

Decreta Aniceti leguntur apud Gratianum, Genebrardum, Carranzam, Barbosam, &c.

Hic constans in præceptis Domini, constitutus est in Monte sancto eius per coronam martyrij, quâ Romæ exornatus est anno 175. die 17. Aprilis: sepultusque in cæmeterio Callisti viâ Appia: sedit ann. 6. mens. 8. dies 28. Vacat Sedes dies 16.

Martyrologia S. R. E. Bedæ, Vsuardi, Adonis, Maurolici, Galefina, & Topographia Ferrarij eodem die, eius sanctitatem commemorant, & Baronius in Notis ad Martyrolog.

Eius vita extat in *Pont. Rom. S. Damasi, & in catal. SS. Petri de Natalibus, lib. 4. c. 57.* Ioannes Angelus Dux ab Altemps eam in lucem emisit.

Eius Epistola, & Decreta memorantur à Thoma VValdensi *tom. 1. l. 2. art. 2. cap. 4. & tom. 2. cap. 119.* Ioanne Ekio de *Primatu Petri l. 2. cap. 10.* Coccio in *Theaur.* Baronio in *Annal.* Genebrardo l. 3. *Chronographia*, Bellarmino l. 2. *de Rom. Pont.* cap. 14. Alphonso Salmerone *tom. 12. tract. 63.* Volaterrano l. 22. *Antrop.* Francisco Duareno l. 2. *de sacris Eccles. ministr.* cap. 14. Alvaro Pelagio l. 2. *de planctu Ecclesie* cap. 14. Iacobo Menochio *de arbitr. casu* 392. num. 25. Simoneta in *Aniceto.* Duchesnio *ibid.* Coriolano *ibid.* Petro Cottono *tom. 2. Institut. cathol. l. 3. cap. 19. & 25.* Gualtero *saecul. 2. col. 1. & verit. 8. §. 5.* Balthasare Paës Lusitano in *Cant. Moysis, text. 4. annotat. 3.* Gesneri *Bibliotheca sub nomine Anisij Papa.* Alphonso Ciac-

nio in *Aniceto*, Baptistâ Platinâ *ibid.* Ioanne Francisco Bordinò *ibid.* Anastasio Bibliothecario post Damasum Portuensẽm.

S. ANTERVS, Græcus, patriâ Petilianus, Papa 20. anno 237. die 2. Decembris creatus, scripsit

Epistolam Decretalem ad Episcopos prouinciârum Bœticæ & Tolosanę, aliis Toletanę. Extat *tom. 1. Concil. cum Notis Binij Canonici Coloniensis, pag. 111. 112. & 113. tom. 11. Annal. Baronij ann. 237. & tom. Epistolarum Pontificiarum Basileæ 1536. fol. edito, studio Lamberti Gruteri.*

Eius Decreta referunt Iuo Carnotensis 62. Episcopus *lib. 4. Decreti.* Gratianus *in Decreto.* Burchardus Episcopus 28. Vormatiensis *l. 5. cap. 24. & 77.* Carranza *in Summa.* Augustinus Barbosa, & alij Canonistæ.

Per Notarios autem res Martyrum accuratè descripsit, & in ærarium Ecclesiæ reposuit, è quo fonte hausta ferè sunt, quæ hodie de Martyribus nouimus, V Vicelius *in Antero.* Genebrardus *ibid.* Possuinus *ibid.*

Hunc stola iucunditatis induit Dominus, & coronam martyrij posuit immortalem super caput eius anno 238. die 3. Ianuarij: sepultus est in cœmeterio Callisti viâ Appiâ; deinde in Templum S. Syluestri in Campo Martio translatus fuit. Sedit mensẽ 1. & diẽ 1. Vacat Sedes dies 13.

De eius Epistola & Decretis loquuntur, Apparatus sacer Possuini *v. A.* Thomas Netterus vulgò VValdensis *tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 41.* Coccius *in Thesauro catholico.* Ioannes Ekius *de primatu Petri lib. 2. cap. 10.* Genebrardus *in Chron.* Iacobus Gualterus *ibid. fac. 3. col. 1. & 5. verit. 11. §. 5.* Duchesnius *in eius vita.* Camufius *ibid.* V Vicelius *ibid.* Bordinus *ibid.* Ioannes Baptista à Glano *ibid. pag. 323.* Coriolanus *in annot. ad Canones Apostolorum, pag. 2. col. 1.* Gesneri *Bibliotheca abbreviata.*

S. BENEICTVS I. cognomento Bonofus, patriâ Romanus, Papa 64. anno 573. die 16. vel 17. Maij creatus, & 2. Iunij consecratus, scripsit

Epistolam Decretalem vnã ad Dauidem Episcopum Hispanum; quâ probat ex sacris litteris, summam Trinitatem vnitatem esse. Extat *tom. 1. Epistolarum Decretal. Rõme 1591.*

editus tom. 4. *Concil. Seuerini* Binij pag. 465. & 466. & in *colle-
ctione Francisci Iouerij*, pag. 171. & 172.

Obiit anno salutis 577. die 30. Iulij : sepultus est in Basilica
Vaticana S. Petri. Sedit annos 4. mens. 11. & dies 28. Vacat Se-
des mens. 3. & dies 11.

Martyrologium Francisci Maurolici eum commemorat
die 8. Maij, pag. mihi 30.

Eius vitam scripserunt Anastasius S. Damasi continuator,
& alij, *de Rom. Pont.* Petrus de Natalibus in *cat. SS. l. 3. c. 215.*

De hac Epistola Baronius *ann. 577. n. 1.* Posseuinus in *Appa-
ratu*, v. B. Iacobus Gualterus *sec. 6. col. 1. & 5.* Barbosa *super De-
cretum Gratiani Monachi S. Felicis Bononiae Ord. S. Benedicti.* Bi-
bliotheca Gesneri. Alphonsus Ciaconius in *Benedicto I.*

S. B E N E D I C T V S II. Sabellus, Romanus, Canonicus Re-
gularis, Papa 83. anno 684. die 20. Augusti, Ciaconio 19. Iunij
creatus & consecratus, scripsit

Epistolas duas ; quarum vna est legitima, altera verò suppo-
sita ; vt sincerè annotarunt Baronius, & Binius. Extant tom. 6.
Concil. Prima Petro Notario Regionario directâ, legitur in
notis Garfiae Loaysia ad Concil. 14. Toletanum. Altera verò Et-
uigio Visigothorum Regi etiam directâ, tribuitur Leoni I.
Papæ. Vide Baronium *ann. 684. n. 2.* hæc pauca de Benedicto
habemus, licet non sit leuis mihi coniectura, eum varia scri-
psisse. Nam (testibus Anastasio, & Platina) fuit vir doctrinâ, &
exercitatione in rebus diuinis singularis : sed an extent, nihil
hactenus certi habeo.

Moritur Romæ anno Incarnationis 685. die 7. Maij : sepe-
liturque in Basilicâ Vaticanâ S. Petri, cum sequenti Epi-
taphio :

Magna tuis, Benedicte Pater, monumenta relinquis,

Virtutum titulos : ô decus, atque dolor !

Fulguris in speciem mentis splendore coruscas,

Plura sed exiguo tempore capta fluunt.

Cuncta Sacerdotum præstantia munia comples,

Et quo quisque bono claruit, vnus habes.

Quippe quod à paruo, meritis radiantibus, auctus,

Luxæ Patrum, solium Pontificale foues.

Non

Non hoc ambitio rapit tibi prestat honoris: omne Romæ
 Indolis est fructus, quam comitatur honos.
 Et quia solerter Christi regis agmina Pastor,
 Percipe saluati premia celsa gregis.
 Sedit mens. 8. & dies 17. Vacat Sedes menses 2. & dies 15.
 Martyrologium Romanum, & Tabulæ Ecclesiasticæ eum,
 eodem die, commemorant.
 Anastasius S. R. E. Bibliothecarius eius vitam scripsit, &
 omnes alij vitarum Romanorum Pontificum scriptores.
 Eius Epistolę memorantur à Garfiâ Loaysiâ, Cardinali Bā-
 ronio, Binio, Apparatu sacro Possenuini verb. B. Duchesnio in
 eius vitâ.

BENEDICTVS III. Romanus, Ordinis Canoniorum Re-
 gularium, Papa 106. anno 855. die 17. Iulij creatus, Ciaconio
 21. Iulij, & 29. Septembris consecratus, scripsit
 Epistolas varias, licet tamen paucas reperiamus, nempe
 duas ad Episcopos Gallix, & Hincmarum Archiepiscopum
 Remensem, quas refert Binus tom. 6. Concil. pag. 473. 474.
 & 475. Item Baronius tom. 10. Annal. ann. 853. num. 15. & 16.
 856. n. 23. In historia Remensi Flodoardi & Frizonis. Ei re-
 scripserunt Lupus Abbas Ferrariensis, diœc. Senonensis, legi-
 tur inter eius Epistolas num. 103. à Papyrio Massono editas,
 & tom. 10. Annal. Baronij. ann. 856. n. 8. & Hincmarus Remen-
 sis, qui supra.

Quædam eius Decreta memorantur ab Anastasio, Platina,
 Duchesnio, & aliis Rom. Pont. vitarum scriptoribus.

Obiit Romæ anno 858. die 26. Februarij: sepultus est ante
 fores Basilicæ Vaticanæ B. Petri Apostoli. Sedit annos. 2. men-
 ses 6. & dies 10. Vacat Sedes menses 2. & dies 8. ex supputa-
 tione Claudij Roberti; sed verò ex Platina dies solummodo
 25. & Ciaconio 15. quibus non assentior, sed Claudio Ro-
 berto.

BENEDICTVS VII. dictus **VIII.** Romanus, ex Comitibus
 Tusculanis, Papa 145. aliis 148. anno Domini 1012. Binio
 1013. die 7. Iunij creatus Romæ, scripsit
 Epistolas varias, præsertim ad Monachos Cassinenses, qui-
 bus varia priuilegia concedit. Aliæ hæctenus sunt in obscura.

C 3 Obiit

Obiit Romę anno Christi 1024. die 28. Februar. sepultus in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 11. menses 8. & dies 12. aliis ann. 12. Vacat Sedes diem 1.

De rebus gestis Benedicti VIII. Petrus Guillelmus, Martinus Polonus, Platina, Onuphrius, Ciaconius, Baronius, Binius, Duchesnius, Glaber Rodolphus, & alij.

De scriptis Leo Marsicanus *in Cassin. Chron.*

BENEDICTVS XI. antea Nicolaus Bucasenus, vel Bocasinus dictus, patriā Taruisinus, Italus, Ordinis Prædicatorum, Papa 193. anno 1303. die 22. Octobris creatus Romę, & 27. eiusdem mensis coronatus, scripsit

In Iob, Commentaria.

In Psalterij Davidis partem.

In Apocalypsim. Item

In Matthæi Euangelium Commentaria ampla nimis, & planè admiranda. Prodiit Taruisij, & Venetiis 1603. apud societatem, secunda dictorum operum pars. Audio (inquit Bartholomæus Burchelatus) inuentas demum esse primam & tertiam, quæ vtinam similiter publicentur. Idem mihi Veronæ in Italia, testatus est R. P. Aloysius Nouarinus inter Theologos nostræ ætatis celeberrimus, & doctissimus; tamen vsque in hunc annum 1642. quo hæc scribimus, solummodo prodierunt *Commentaria in cap. 5. Matthæi* Venetiis 1603. & Taruisij, quæ typis dedit, & decorauit Georgius de Lazaris, Taruisinus, Dominicanus, Episcopus Minorensis. Reperio etiam in Catalogo MS. Pontificum Scriptorum Dominicanorum ad me è Parisiis à R. P. Petro Louueto, Diuionensi Dominicano, transmissis, hunc scripsisse *Conciones in Matthæum*, sed suspicor idem, ac præfatum opus fore. Hæc opera in Matthæum extant MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini, quam perlustrauimus beneficio Cl. viri Caroli Moroni Bibliothecarij, tom. 4.

De Ritibus opusculum.

Sermones in diebus solemnibus habitos, ex Posseni.

Eius *Registrum* habetur MS. in Vaticano.

Moritur Perusij miraculis clarus anno 1304. die 6. vel 7. circa horam nonam Iulij: ibidemque sepelitur in Ecclesia

Domi

Dominicanorum cum sequenti Epiraphio
 O quam laudandus, quam dulciter est venerandus
 Inclytus ille Pater, prius extitit Ordine sacro
 Sancti Dominici Christi vigilantis amici
 Lector honoratus, pius extitit ipse vocatus
 Effectus talis frater, quoque Dux Generalis
 Sic Ro. doctrina post hoc fit cardo Sabina,
 Ostia, Velletris titulis sibi dant pia letis
 Perficit Hungaria Legatus iussa Sophia
 Fit Pater ipse Patris, caput Orbis, gloria fratris
 Est merito dictus re, nomine, vir Benedictus
 Treuisij datus hic, primo sed Pontificatus
 Anno decessit, sibi recte subdita rexit
 In nouo noctu mortis prostermitur ense
 Huic hominem Sanctum reddunt miracula tantum
 Innumeris si quis dant grata iuamina dignis
 Lector habe menti: currebant mille trecenti
 Quattuor, appensis dum transijt hic homo mitis,
 Mense, die sexta Julij sunt talia gesta.
 Sedit mens. 8. & dies 6. Vacat Sedes mens. 10. & dies 28.

Eius vitæ scriptor singularis est Nicolaus Maurus, Tartuifi-
 nus Legum Doctor Italicè. præter Auctores de vitis Roma-
 norum Pontificum, consule etiam Acta Benedicti XI. & Phi-
 lippi Pulchri Franc. Regis, Seraphinum Razzium, Gregorium
 Luzianum.

De scriptis Benedicti S. Antoninus *in Chron.* Bzouius *in*
Annal. Eccles. Constantinus Fabriensis, Italus *in Chron. Ordinis*
sui Prædicatorij. Guido Flonochetus Narbonensis *ibid.* Galua-
 nus Flamma *ibid.* Thomas Maluenda *ibid.* Hieronymus Al-
 bertucius *ibid.* Iacobus Suzatus *ibid.* Ferdinandus à Castiliæ
ibid. Antonius de Conceptione Senensis *ibid.* & *de Illustr. vi-*
ris. Ambrosius Gazæus *ibid.* Leander Albertus *ibid.* Michaël
 Pius *ibid.* Bernardus è Castro S. Vincentij *ibid.* Albertus Ca-
 stellanus *ibid.* Felix è Castro Franco *ibid.* Petrus Louuetus,
 Sequanus *ibid.* Bartholomæus Burchelatus, Medicus Taruifi-
 nus *in suâ historiâ Taruifinâ* Latine in 4. editâ apud Angelum
 Reghinum pag. mihi 50. Apparatus sacer Rossenini v. B. Fa-
 bianus

bianus Iustinianus *l. 3. de sac. Script.* Andreas Schottus *de sacra Scriptura interpretibus.* Rupipozeus Episcopus Pictaviensis *in Nomenclatura Cardinalium.* Laurentius Beyerlinck Antuerpiensis *lib. Apophthegm. Christianorum, pag. mibi 272.* Alphonsus à Castro *lib. 3. de hares.* Alphonsus Ciaconius *in Benedicto.*

BENEDICTVS XII. antea Iacobus Fornerius, cognomento Nouelli, natione Auxitanus, patriâ Sauerdunensis dicecesis Tolosanae, primò Ordinis Carmelitarum, deinde Cisterciensium, Papa 1266. anno 1334. die 20. Decembris Auenione creatus, & die 3. Ianuarij 1335. coronatus, scripsit

De statu animarum ante generale iudicium, tom. 2.

Quaestiones undecim eiusdem argumenti.

Decretum de Sanctorum animabus separatis post mortem, clarâ & intuitiuâ visione Deum intuentibus, nec esse animarum receptacula vsque ad resurrectionem. Incipit: Benedictus Deus in donis suis. Extat apud Laërtium Cherubinum tom. 1. Bullarj.

Contra errores Fratricellorum librum.

Sermones per omnes anni festiuitates. Haec omnia MSS. in

Bibliotheca Vaticana asseruantur.

Commentaria in Psalmos Dauidicos.

De statu Canonicozum, lib. 1.

Decretale Religiosorum, lib. 1.

De reformatione Benedictinorum constitutionem; quæ reperitur cum Commentarijs Petri Bœrij Narbonensis, Abbatis S. Aniani. In hanc Constitutionem, in Bibliotheca Mantuana Benedictinorum. Prostant in 8. Parisiis 1519.

Vitam S. Ioannis Gualberti, Florentini, Ordinis Vallis Umbrosæ Fundatoris. Extat apud Surium.

Sententias varias ab Hermanno Schedelio, Germano, in Chronico Norimbergæ excuso, relatas.

Carmina quadam prophetica.

Extrauagantes & Constitutiones lib. 2. Parisiis 1517. in 4.

& 8. Quædam etiam leguntur in collectione Romanâ 1579.

editâ. Extant MSS. in Bibliothecâ Bodleianâ Anglicanâ, vt colligo ex librorum Catalogo eiusdem Bibliothecæ impresso.

Registrum

Registrum eius Epistolarum, & Constitutionum in 10. tomos diuisum habetur MS. in Bibliothecâ Vaticanâ fol. regali. Quarum quædam leguntur apud Thomam V Valsinghamum in *Eduardo III. Rege Anglorum*, & Lucam V Vadingum tom. 3. *Annal. Minorum*.

Moritur Auenione non sine sanctitatis opinione, anno 1342. die 25. Aprilis: sepeliturque in Ecclesiâ Cathedrali S. Mariæ de Donis, in sepulchro marmoreo. Sedit annos 7. menses 4. & dies 6. Vacat Sedes dies 11.

Menologium Cisterciense Chrysoptomi Henriquez eius sanctitatem eodem die commemorat; sicuti & Martyrologium Benedictinum Arnoldi Vuionis & Hugonis Maynardi.

Eius vitam scriptis mandarunt Bernardus Guidonis, Symphorianus Champerius, Massonus, Duchesnius, Iosephus Maria Soarezius, Franciscus Bosquetus, Petrus Frizon in *sua Gallia purpurata*, Marcus Antonius Alegræus Casanatus in *Paradiso Carmelitico*, & alij de *Rom. Pont. vitis*. Andreas Sauffayus, Chrysoptomus Henriquez.

De Benedicti scriptis Apparatus sacer *Possennini*. Bibliotheca Carmelitana *Petri Lucij*. Nomenclatura Cardinalium *Rupipozai*. Emanuel Roman de *Ill. Ordinis Carmelitici scriptoribus*. Arnoldus Vuion in *ligno vite*. Iodocus Cocius in *Thesauro*. Laziardus Cœlestinus in *epitome vniuersalis historia*. Genebrardus in *Chron.* Fabianus Iustinianus l. 3. de *sacr. Script.* Andreas Schottus de *sacr. Script. interpr.* Ioannes de Tholouze in *Annual. Victorinis*. Alphonsus à Castro l. 3. de *heres. pag. 54.* Nicolaus Sanderus *lib. de visibili Monarchia*. Ioannes D'Affigny Abbas Niselenis de *Ill. viris Ord. Cisterciy*. Ferdinandus Vghellus in *Notis ad Ciaconium, & ibid.* Ioannes Villanus l. 11. c. 19. Ioannes Hocsemius in *histor. Leodij*. Emanuel Rodericus in *Bullario*. Stephanus Quaranta in *summa Constit. Apost.* Ferdinandus de Castro Palao, Legionensis S. I. tractat. 4. de *fide, disp. 1. punct. 5. §. 2.* Bibliotheca Gesneriana, Ciaconius in *Benedicto XII.* Bibliotheca nostra Carmelitana v. A.

S. BONIFACIUS I. Romanus, Papa 43. anno 418. die 28. Decembris Romæ creatus, & consecratus aduersus Eulalium Pseudopontificem, scripsit

D

Episto

Epistolas tres, quæ leguntur tom. 1. Conc. cum Notis Seuerini Bini, Honorij Augusti rescripto ad Bonifacium, & Epistola ab omni Concilio Africano ad Bonifacium, per Faustinum Episcopum Ecclesiæ Potentianæ, prouinciæ Piceni, Philip-pum & Asellum Presbyteros Legatos Ecclesiæ Romanæ directæ, pag. 881. 882. 883 & 925. tom. 5. Annal. Baron. & in Francisci Iouerij collectione pag. 141. & 142.

Decreta eius varia reperiuntur apud Gratianum, & alios Decretorum Collectores.

Moritur Romæ anno 423. die 25. Octobris: sepeliturque in cœmeterio S. Felicitatis Martyris in viâ Salariâ, vel via Appia ex Ciaconio, cum sequentibus inscriptionibus è Petro Manlio sic desumptis:

Prima supra sepulchrum.

*Atria magnifici sunt membris plena sepulti,
Sedis Apostolicæ BonifacI Prasulis almi.*

II.

*Postquam mors Christi pro nobis morte peristi,
In Domini famulos nil tibi iuris erit.
Pone truce[m] rabiem, non est scire potestas,
Aut quid victa furis, nil nocitura p[ro]p[ri]s?
Hoc siquidem melius de misso uiuitur orbe,
Cum tamen ut uiuat hic sibi quisque facit:
Hic sita sunt Papæ BonifacI membra sepulchro
Pontificale, sacrum qui benè gessit opus:
Iustitia custos rectus, patiensque, benignus,
Cultus in eloquijs, & pietate placens.
Flete ergo mecum Pastoris funera cuncti,
Quos tædet citius tot caruisse bonis.*

III.

*Sedis Apostolicæ primaui miles ab annis,
Post etiam toto Prasul in orbe sacer.
Membra beata senex Bonifacius hic sua clausit,
Certus in aduentu glorificanda Dei.
Mitis adunauit diuisum Pastor ouile,
Vexatos refouens hoste cadente greges.*

iram

*Iram supplicibus mihi de corde remisit,
Debellans cunctos simplicitate dolos.*

*Egit, ne sterilis Romam consumeret annus,
Nunc orando, fugans, nunc miserando, famem.*

*Quis te, sancte Parens, cum Christo nesciat esse,
Splendida quem Rectum vita fuisse probat?*

Sedit annos 4. menses 9. & dies 23. Vacat Sedes dies 9.

Eius memoria celebratur in Martyrologiis Romano, Bedæ, Vsuardi, Adonis, Galefni, Baronij.

Vitæ Bonifacij Scriptores Anastasius Damasi continuator, Petrus de Natalibus l. 4. c. 160. & alij.

De eius Epistolis S. Prosper Aquitanicus Episc. Regiensis in Chron. Marcellinus *ibid.* Genebrard. *ibid.* Apparatus sacer Possuini v. B. Thom. V. Valdensis Carmelita tom. 1. l. 2. art. 3. c. 79.

Coccij in *Thesauro*. Trithem. *de script. Eccl.* Iacob. Gualterus *sec. 5. col. 1. & 5. verit. 11. §. 6.* Claudius de Rubys l. 1. *hist. Lugd.*

c. 4. Sigebertus in Chron. Claud. Robert. in *Hilar. Episc. Narbon.* Coriolan. in *Breu. Chron.* Bibliotheca Gesneri. S. August. Episc.

Hipponensis *lib. aduers. Julian. Episc. Capuanum hereticum.* Alphonsus Ciaconius Pœnitentiarius Apostolicus in 8. *Bonifacio I.* Baptista Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Martinus Polonus *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.*

BONIFACIUS II. natione Romanus, genere tamen Gothus, Papa 57. an. 530. die 15. Octob. creatus, & cōsecratus Romæ, scripsit

Epistolam ad Eulalium Episcopum Alexandrinum, de reconciliatione Ecclesie Carthaginensis, cum Romanâ. Legitur tom. 3.

Concil. pag. 837. cum duobus eius Conciliis Romanis pag. 839. sed eruditissimorum Baronij, Binij & Possuini iudicio hæc

epistola falsò nostro Bonifacio tribuitur. Ei rescripsit prædictus Eulalius, & Iustinianus Imp. ex Coccij *Theaur. Catholico.*

Epistolans aliam ad Clerum Romanæ Ecclesie, ex Ciaconio.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Carranzam, Barbosam, & alios. Mortuus est Romæ anno gratiæ 531. die 17. Octobris: sepultus est in Ecclesiâ Vaticanâ S. Petri. Sedit annum 1. & dies 2. Vacat Sedes menses duos circiter.

Anastasius Bibliothecarius, Platina, Tempesta & alij eius vitam posteritati consecrârunt.

Hæc tandem Epistola sub nomine Bonifacij citatur à Bel-
larmino *l. 2. de Rom. Pontifice, cap. 26.* Genebrardo *l. 3. Chron.*
qui asserit Bonifacium duas scripsisse Epistolas; Francisco
Iouerio in *Collectione Epist. Pontificiarum*, Iodoco Coccio *loc.*
cit. Iacobo Gualtero *secul. 6. col. 1. & 5.* Alphonso Ciaconio
in *Bonifacio.*

BONIFACIUS III. Romanus, Papa 68. anno 606. die 15.
Februarij, Ciaconio 19. creatus, & consecratus, scripsit

Epistolas varias, præsertim ad S. Gregorium Magnum, cuius
fuit Apocriarius, & Legatus Constantinopolitanus ad Pho-
cam Imperatorem; sed hætenus in obscuro remanent, sicuti
& acta eius Concilij Romani, de quo habetur mentio *tom. 4.*
Conciliorum generalium & Prouincialium Binij pag. mihi 534.

Quædam eius *decreta*, maximè de Romani Pontificis ele-
ctione, apud varios Canonistas reperiuntur, & apud Cardi-
nalem Baronium ann. 606.

Vitâ functus est Romæ anno 606. die 12. Nouembris.
Sepultus est in Basilicâ Vaticanâ S. Petri. Sedit menses 8. &
dies 23. vacat Sedes mens. 10. & dies 6.

De eius rebus gestis consule Anastasium Bibliotheca-
rium, & omnes *uitarum Romanorum Pontificum* scriptores.

BONIFACIUS IV. natione Mariscanus, patriâ Valeria-
nus, Papa 69. anno 607. die 18. Septembris creatus. Scripsisse
fertur ex Venerabili Beda *l. 2. cap. 4. hist. Anglic.*

Quasdam Epistolas, sed an extant, magnum est silentium
apud varios Auctores; præsertim Baronium, & Binium, qui
solummodò eius Concilium Romanum in causâ Anglicanæ
Ecclesiæ anno 610. celebratum, memorant *tom. 4. Concil.*
pag. 535. & tom. 8. Annal. Baronij 610.

De Arte Alchymicâ librum 1. extare dicitur in Angliâ in
Archiujs Collegij Caij MS. vt colligo ex *Eclogâ Oxonio-Can-*
tabrigiensi Londini 1600. 4. editâ pag. mihi 101.

Thomas Dempsterus, nobilis Scotus, tribuit nostrò Boni-
facio varia opera, ex quodam Monacho Passlatensi, rerum
Scoticarum scriptore, sed perperam: fingens Bonifacium IV.
profectum fuisse in Scotiam anno 606. aut sanè (inquit) vt
verius alij 620. & sepultum fuisse in Cathedrali Ecclesiâ

Episcopatus

Episcopatus Rossensis. Nam imprimis hunc electum fuisse Papam Romæ 607. vt supra diximus; deinde verò defunctum ibidem 614. vt ex omnibus auctoribus fide dignis comprobatur. Igitur alterius Bonifacij hæc opera censenda sunt, nempe

De Prærogatiuâ Petri, lib. 1.

Parænesis ad Scotos, lib. 1.

Doctrinale fidei, lib. 1. MS. Aberdoniæ olim asseruata.

Mortuus est Romæ anno 614. die 8. Maij: ibidemque sepultus in Basilicâ B. Petri Apostoli, cum sequenti Epitaphio:

Vita hominum breuis est: hanc certa terminat hora:

Sed vita æterna deinde paratur iter.

Quæ non indecora, aut rursus peritura videtur,

Sed pulchrum atque decens iam sine fine manet.

Sic igitur quid mors stimulis agitaris iniquis,

Quid feris incassum? Quid furibunda geris?

Commoda nulla tibi poterunt tua facta referre,

Nec prodesse potest impetus iste tibi.

Gregorij semper monita, atque exempla Magistri,

Vitâ, opere, ac dignis moribus iste sequens.

Quo † hic terra reputans sunt huius maxima vota.

Mittere ad astra animam, reddere corpus humo.

Saucia multiplici sit quidnam membra dolore,

Rursus in antiquo puluere versa manent.

Quæ coniuncta anima stabilita in corpore surgant.

Ad vitam æternam, te præeunte magis,

Sancta fides meritò, vitæ clementia Patris

Spem certam hanc famulos inſit habere suos.

Hic requiescit Bonifac. Iunior, qui sedit Ann. VI. M. VIII.
Dies XII. Depositus est octauo Idus Maij Imperante
Heraclio Anno eius quinto.

Aliud Epitaphium habet sibi & Gregorio IV. commune,
quod hic etiam affero.

Gregorius quartus incet hic Bonifacius almus,

D 3

Huius

Huius qui sedit fuit æquus rector, & adis.
 Tempore qui Phocæ cernens templum fore Romæ
 Delubra cunctorum fuerunt quæ demoniorum;
 Hoc expurgavit, Sanctis cunctisque dicavit.
 Eius natalia sollemnia qui celebratis
 Primis Septembris, fert hæc lux quarta Kalendis.
 Octauus titulo hoc Bonifacius ossa reperta
 Hac locat erecta Bonifacij nominis ara.

Sed quod habet de mense Septembri, non ad obitum (inquit Baronius) refertur, sed ad creationem, quæ natalis dici & celebrari antiquitus consuevit, licet ex Anastasio superius dictum sit, ipsum creatum die 18. Septembris. Cùmque post obitum vacasset Sedes menses 5. & dies 12. &c. hætenus ille. Ex his patet error Dempsteri.

Martyrologium Romanum, & Francisci Maurolici eius sanctitatem die 25. celebrant.

Petrus de Natalibus in *Catal. SS. l. 4. cap. 161.* & Anastasius Bibliothecarius eius vitam, scriptitarunt, & alij.

Inter Ecclesiasticos Auctores censetur à Possuino in *Apparatu sacro v. B. Iacobo Auzolio in Bonifacio*, & aliis.

BONIFACIUS V. Neapolitanus, Papa 71. anno 617. die 4. vel 24. Decembris creatus, & 25. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, licet tamen tres solummodò reperiantur tom. 4. *Concil. Biny pag. 54. 55. & 56.* tom. 8. *Annal. Baronij ann. 618. num. 2. 625. num. 10. & 13. & lib. 2. hist. Anglie. Bedæ cap. 8. 10. & 11.* Aliæ sunt mihi ignotæ, vtinam prodeant.

Moritur Romæ anno partus Virginei 625. die 25. Octobris. Sepelitur in Basilica Vaticana San-Petrana cum Epitaphio, olim ab Honorio I. successore, supra tumulum apposito.

*Cur titulata diu torpuerunt iura sepulchri,
 Et populi nullus perstrepuerit gemitus?
 Segnities, non culpa fuit, quicumque requiris,
 Nam dolor inclusus plus lacerare solet.
 Pande dolor gemitum, meritisque quiesce beatis,
 Vt libeat summi gesta referre Patris.*

Hic

Hic vir ab exortu Petrus est nutritus ouili,
 Sed meruit sancti Pastor adesse gregis,
 Pura fides hominis votis * mandata benignis
 * Excuians Christi cantibus hymnionis
 Simplicitas sapiens viuax solertia simplex.
 Serpentina fuit simplicitate vicens,
 Cumque quater denos compleret Presbyter annos,
 Seræ senectutis mens tamen alma fuit,
 Culmen Apostolicum coluit tres fermè per annos
 Perfectum numerum terque quaterque gerens.
 Hoc tibi pro meritis successor Honorius amplis
 Marmore construxit munus Epitaphij.

*mūdātā.

*Exultat.

Aliud Bonifacij Epitaphium.

Da mecum gemitum singulti Roma doloris,
 Plena Sacerdotis luctibus egregij,
 Cur? quoniam deslere solet mens acta periclis,
 Plébsque orbata piis insuper officijs,
 Hic vir inaccesis tenuit contraria factis
 Hec documenta bonis moribus apta suis,
 Mitis, in aduersis positus, rebúsque secundis,
 Omnia grata ferens altera pressa tenens.
 Prauenit ne nata forent delicta viritim:
 Orta tamen seruit cum pietate graui,
 In commune bonus Bonifacius inde vocatus,
 Propria lucra putans publica subsidia,
 Munificus, sapiens, castus, syncerus, & aequus,
 Ista beatorum sunt pia suffragia.
 Nam vidualis apex, pupillorumque phalanges,
 Cacorumque chorus dux tibi lucis erit,
 Infremuit post fata suis mors saucia telis,
 Respiciens meritum viuere posse virum,
 Culmen Apostolicum quinque & bis mensibus annis
 Rexit, & ad magni culmen honoris abit.

Sedit annos 7. menses 10 & diem 1. Vacat Sedes menses 6.
 & dies 18.

DE

De eius rebus gestis Anastasius Platina Ciaconius & alij
de vitis Romanorum Pontificum. Ioannes Riudadellus,

De Bonifacij scriptis Apparatus sacer *Possuini v. B. Sigebertus in Chron.* Gualterus *fac. 7. col. 1.* Bartholomæus Caranza *in summa Decretor.* Iodocus Coccius *in Thesauro.* Ekhus *de primatu Petri.* Petrus Cotton *l. 2. Instit. Cathol. cap. 13.* Alphonsus Ciaconius *in Bonifacio V.* Baptista Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* & alij *vitæ Pontificum* scriptores. V. Beda *lib. 2. Ecclesiastica historię gentis suæ.*

BONIFACIUS VIII. antea Benedictus Caictanus dictus, patriâ Anagninus, Papa 192. anno 1294. die 24. Decembris Neapoli post voluntariam demissionem S. Cælestini V. creatus, & die 16. Iannuarij 1295. Romæ coronatus, scripsit

De Regulis iuris.

De Indulgentijs anni Iubilei Rescriptum, scholiis illustratum à Iulio Roza. Extat *tom. 6. Bibl. Patrum*, teste Possuino. nam in editionibus Parisiensibus 1575. & 1634. non reperitur.

De Christianæ fidei & Romanorum Pontificum persecutionibus.

De Priuilegijs Doctorum & studentium almæ Urbis constitutionem. incip. *In Suprema præminentia dignitatis, diuini, &c.* Legi in collectione *Constitutionum & Literarum Apostolicarum Romæ 1579. edita fol. pag. 2. & 3.*

Orationem, Ave Virgo gloriosa.

Sermones duos Latinos, quos dixit in canonizatione S. Ludouici IX. Francorum Regis. Extant MSS. in *Bibliotheca Victorina Parisiensi.*

Epistolarum plurium ad diuersos lib. 1. cuius quatuor exemplaria MSS. in *Bibliotheca Vaticana* asseruantur sub titulo *Registri Bonifacij VIII.* & non pauciora etiam habebantur Romæ in *Bibliotheca Eminentissimi Ioannis Francisci Cardinalis à Balneo.*

Duo eius Concilia Romæ 1302. & Lugduni 1297. celebrata leguntur *tom. 7. Concil. Seuerini Binijs, & in summa Conciliorum Coriolani.*

Sextum Decretalium librum, seu *Pontificij Iuris Codicem*, quem iussit à tribus eruditissimis Cardinalibus, nempe Guilielmo

lielmo de Mandagoto, ex Archidiacono Nemaufensi, Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Fredello, vel Stredelio Episcopo Biterrensi, & Richardo Patrono de Senis S. R. E. Vicecancellario, quibusdam decretis ab se additis, colligi. Prodiit Parisiis 1503. & 1541. Venetiis 1591. in 8. cum suis glossis Lugduni 1584. fol. Francofurti 1586. in 8. sumptibus Sigismundi Feyerabend. Extrat MS. Oxoniae in Bibliotheca Collegij noui vol. 144. & 175. & Patavij in illa S. Ioannis de Viridario cum glossis Ioannis Andreae Bononiensis Florentie in Medicea plut. 78. vide Indicem Commentatorum apud Augustinum Barbosam in *ius Canonicum*, quos hic breuitatis causa omitto.

Interiit Romae anno 1303. die Sabbathi 11. Octobris. Sepultus est apud S. Petrum in Sacello, quod sibi viuens construxerat. Sedit annos 8. menses 9. & dies 18. vacat Sedes dies 11.

Præter Auctores, qui in Generali Romanorum Pont. vitas scripsere, consulendi sunt Geruasius Ricobaldus, Constantinus Caietanus, Ægidius Columna & Andreas Victorellus, eius vitæ defensores. Acta inter Bonifacium VIII. & Philip-pum Pulchrum Francorum Regem, quæ multo editis auctiora seruabantur Romæ apud Eminentissimum Cardinalem à Balneo, Iacobus Caietanus.

De Bonifacij scriptis Trithemius *de Script. Eccles.* Guilielmus Eisengrenius, Posseuinus, Coccius, Genebrardus, Ruper-zæus, Bzonius in *Annal.* Spondanus *ibid.* S. Antoninus in *Chron.* Ekius *de Primatu Petri*, l. 2. cap. 16. Ioannes Maior *de Ecclesia auctoritate.* Iacobus de Alliaco Cardinalis *ibid.* Conradus Vicerius in *vita Henrici VII. Imperatoris.* Ioannes Parisiensis, Dominicanus *lib. de potestate Regia & Papali.* Polydorus Virgilius l. 17. *hist. Anglic.* Volaterranus in *Antropol.* Guilielmus Gazæus in *Chron.* Thomas Scropus, Anglus, Carmelita, Episcopus Dromorensis in *Chronico Carmelitico MS. penes me asseruato*, cap. 5. Concilium Tridentinum *cap. 5. de Regularibus, & Monialibus.* Lucas VVadingus in *Registro Pontificio tom. II.* Rodericus in *Bullario.* Confettius *ibid.* Bibliotheca *Molani*; & illa *Gesneri* abbreviata. Paulus Morigia in

Bonifacio VIII. Claudius Hemeraeus lib. de Academia Parisien-
 si, cap. 10. Alphonfus Ciaconius in eius vita, Albertus Impe-
 rator in Epist. ad Bonifacium. Carolus Grassalius IC. lib. de Re-
 galibus Francie, Jacobus Græferus, Paulus Amilius lib. 8. An-
 naliū Francorum, Andreas Victorellus additi ad Ciaconium,
 Franciscus Suarez, S. I. lib. 3. cap. 23. defens. fidei. Sorus in 4. di-
 ssert. 25. q. art. 2. §. 2. Ioannes Pagæus Ordinis Præmonstra-
 tensis Canonicus, & Syndicus lib. 3. Bibliotheca Præmonstra-
 tensis.

BONIFACIUS VIII. Ante Petrus Thomacellinus, velle de Tho-
 macelli vocatus, Neapolitanus, Papa 20. anno 1289 die 2.
 Nouembris Romæ creatus, & die 12. coronatus, scripsisse
 fertur ex Iodoco Coccio in Thesauro Catholico, & in
 Epistolas quasdam MSS. in Vaticano ex Andrea Victorelli
 testimonio. Vide Regestum Pontificium tom. 4. & 5. Anal.
 Minorum Luca Vadingi, vbi multa habentur. Ei scripsit Episto-
 larum librum Gualterus Diffæus, non Burgadelensis (vt placet
 Francisco Garaffo Si I. Iuseph Anglus Carmelita, & Bonifacij
 Legatus ex Ioanne Pufeo, de Ill. Anglie scriptoribus.
 Mobilium huius Domini 24. 5. Octobris: sepeliturque in
 Basilica Vaticana B. Petri Apostoli cum sequenti Epitaphio:

Flete super pugilem, alues, Crux, alma tiara,
 Eccelesia viduat a viro, simul incluta Roma:
 Imperatoris Parvum sub calica Sidera primum
 Claudii Apostolica, solum qui rexit habenas,
 Catholicamque fidem servans à turbine Sanctum
 Remigium Christi, victis virtute tyrannis,
 Orthodoxus erat super omnes, arca superni
 Consilij: sua iura tuens, & grandia tractans,
 Casaris ex animo fidei clypeatus honore,
 Corpora conspicuus, raseus flos, fame constans,
 Auditorque placens, miseris miserator opimus,
 Offa tacent, mens alta polum felicibus alis
 Ascendens, micat ante Deum noua lucis origo,
 Gloria Antistes quisnam Bonifacius alter
 Nōnus ut iste fuit? quæ Chronica scripserit unquam,

quod

I

Quod ve

*Quodve genus parilem dedit suo nomen, & omnes
De Thomacellis fulget, fulgebit in annos?*

*Parthenopem lustrans tulit hunc genus omne Latinum,
Quicquid alit tellus, & quod regit omnia calum.*

Obiit M. CCC C. III. die 1. Octobr. Pontificatus vero sui
ann. 15. Sedit annos 14. mens. 11. & die 1. Vacat Sedes dies 16.

Eius vitam scripserunt Platina, Onuphrius, Ciaconius,
Massonus, Ioannetus, Illescas, Duchesnius & alij de *Rom. Pont.
vitis*. Diarium Bonifacij IX. Franciscus Maria Vialardus, Aegi-
dius Cardinalis Viterbiensis, Theodoricus à Niemo.

C.

SANCTVS CAIVS, patriâ Salonitanus Dalmata, Pa-
pa 29. anno 283. die 17. Decembris creatus, scripsit ad
felicem

Epistolam unicam Binianis annotationibus exornatam. Ex-
tat tom. 1. *Concil. à pag. 206. vsque ad 209.* & in *collectione Fran-
cisce Iouery pag. 113.* sed nouissimè eandem Notis illustrauit
Cæsar Becillus Romæ 1628.

Decreta quædam Caij leguntur apud Gratianum 2. q. 7. 3.
q. 1. *Iuonem lib. 4.* Carranzam in *Summa*. Augustinum Barbo-
sam & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 296. die 22. Aprilis: se-
pultus est in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit annos 12.
menses 4. & dies 5. Vacat Sedes dies vndecim.

Omnia Martyrologia & Topographiæ eximium eius mar-
tyrium eodem die commemorant.

Præter Auctores, qui de vitis Sanctorum, ac Romanorum
Pontificum scripsere, consule, si lubet, Cæsarem Becillum
in *secundo nostro libro* enumeratum v. c. *Menologium Græco-
rum*, Ioannem Tomcum.

De Caij, vel Gaij scriptis testimonia perhibent Baronius
ann. 283. & 296. Genebrardus l. 3. *Chron.* Apparatus sacer
Poffenini v. c. Gualterus *sec. 3. col. 1. & 5.* Iodocus Coccus in
Thesauro Catholico. Antonius Caraffa Cardinalis tom. 1. *Epist.*

Decret. Duchesnius in Caio. Gaillardus ibid. Camusius ibid. Coriolanus ibid. Ciaconius ibid. Platina ibid. Glanus ibid. Stephanus Bauny in pract. iuris Canonici. Bibliotheca Gesneriana abbreviata, Carbo, Perusinus in 3. part. D. Thoma, cap. 29.

S. CALIXTUS I. Alphonso Ciaconio & Laërtio Cherubino *Domitius Callistus*, Romanus, Papa 17. anno 221. die 1. Septembris creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Exrant cum Notis Binij tom. 1. Concil. à pag. 100. ad 104. & in collectionibus Antonij Caraffæ tom. 1. & Francisci Iouerij.

Decreta Calixti reperiuntur apud Iuonem *lib. 1. 3. & 4. Gratianum, Carranzam, Barbofam Protonotarium Apostolicum, & alios.*

Martyrij palmam adeptus est Romæ anno 226. die 14. Septembris: sepultusque in cœmeterio Callepodij viâ Aureliâ. Sedit annos 5. mensem 1. & dies 13. Vacat Sedes dies 4.

Martyrologia & omnes vitarum Sanctorum, & Rom. Pontificum scriptores eum celebrant.

De Calixti, vel Callisti scriptis Baronius *ann. 221. & 226. Thomas VValdensis tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 33. lib. 4. art. 3. c. 38. & tom. 2. cap. 133. & 134. Ekius de Primatu Petri. Coccius in Thesauro. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14. Genebrardus lib. 3. Chron. Gualterus sac. 3. Cotton l. 3. Instit. cathol. c. 66. Canisius de ieiunio. Coriolanus in annotat. ad Canones Apostol. Damasus Portuensis in Calixto. Baptista Platina ibid. Ioannes Franciscus Bordinus ibid. Papyrius Massonus ibid. Alphonfus Ciaconius ibid. Baptista à Glano ibid. Andreas Duchesnius ibid. Onuphrius Panuinus Augustinianus ibid. Centius Camerarius ibid. Gabriel Martinus aduersus Marcum Vulfonem Calvinistam.*

CALIXTUS II. antea Guido, Magni Guilielmi Burgundiæ Comitis filius, Papa 161 anno 1119. die 1. Februarij Cluniaci creatus, & 14. Octobris coronatus, scripsit

De miraculis S. Jacobi, libros. incip. Calixtus seruus, &c. Exrant MSS Oxoniæ in Biblioth. Anglicana Balliolensi n. 213. & Cantabrigiæ in illa Collegij S. Benedicti num. 41. Legitur

etiam

etiam penè totum in *Speculo historiali Vincentij Bellouacensis* lib. 26. à cap. 30. ad 42.

Super translatione eiusdem, lib. Afferuatur Cantabrigiæ *ibid. num. 41.*

Thesaurum Pauperum, lib. 1.

De obitu & vita Sanctorum, lib. 1.

De inuentione Corporis Turpini Archiepiscopi, & Martyris, lib. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Benedictina n. 41. *Cod. 9.* Ex Thoma Iames Anglo, hæretico, qui tamen sub alio titulo haberi admonet, nempe: *Liber Turpini Archiepiscopi Remensis, quomodo Carolus Rex Francorum acquisiuit Hispaniam.* hunc librum dicit Calixtus P. esse authenticum. *hac ille.* Vnde facile conicitur nostrum Calixtum non fuisse huius libri auctorem, sed tantum Approbatorem.

Vitam Caroli Magni Imperatoris, ex Ludouico Golluto *lib. 5. historia Sequanorum.*

De contractibus illicitis, lib. 1. ex Bibliotheca materiarum *Molani.*

Epistolarum ad diuersos, lib. 2. quarum quædam leguntur apud Cardinalem Baronium *tom. 12. Binium tom. 7. Concil. & in Concilio Lateranensi anno 1122. celebrato.* Ioannem Marianam, Bibliothecam Floriacensem, Guilielmum Malmesburiensem, Conradum Abbatem Visbergensem, Ioannem Lieuræum, & alios. Ei Sedis Apostolicæ Legato scribit Paschalis II. hic liber *Epistolarum* afferuatur in Bibliotheca Cassinensi.

Eius Concilia & Decreta habentur *tom. 7. Concil. cum Notis Binianis tom. 12. Annal. Baron.* apud Gratianum, & alios Canonum Collectores.

Mortuus est Romæ anno 1124. die 13. Decembris: sepultus est in Basilica Lateranensi. Sedit annos 5. menses 10. & dies 13. Vacat Sedes diem 1. Martyrologium Gallicanum eius sanctitatem celebrat 19. Decembris in supplemento.

Præter Auctores, qui in generali vitas Rom. Pont. scripserunt, consulito Champerium, Frizonem in *Gallia Purpurata.* Guilielmum Rouilium in *Prompt. Iconum part. 2. pag. 200.* Ioannem Lieuræum de *Archiep. Viennensibus.* Thomam Aquinatem

natem à S. Ioseph, Anonymos 2. in Vaticano asseruatos ex Gregorio VIII. Pseudopontifice, Callisto, coætaneo.

De Calixti scriptis Trithemius *de script. Eccles.* Possennius *v. C.* Rupipozæus *in Nomencl.* S. Antoninus *in Chron.* Rogerus Houedemus *ibid.* Genebrardus *ibid.* Vuion *in ligno vita.* Suggester Abbas Sandionysianus *in vita Ludouici Grossi.* Andreas Tiraquellus *lib. 15. conub. num. 118.* Dominicus Soto *lib. 7. de iustitia & iure, q. 6. art. 2.* Gabriel Vasquez *de Ordine, disp. 249.* Prosper Farinacius *in praxi criminali p. 5. q. 138. n. 89. & seqq.* Barbosa *in collectaneis Doctorum.* Claudius Robertus *in Guidone Archiepiscopo 65. Kiennensi.* Henricus Canisius, Nouiomagus I C. *tom. 2. antiq. lect.* Bibliotheca abbreviata *Conradi Gesneri.* Onuphrius Panuinius, Bullarium magnum *Laërtij Cherubini,* Concilium Lateranense, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Callisti II.* Abbas Urspergensis *in Chron.* Guillelmus Malmesburiensis *ibid.*

CALIXTVS, vel CALLISTVS III. antea Alphonfus Borgia, vocatus, Hispanus, patriâ Setabensis, vel Sauinensis, Valentia diœcesis, Papa 210. anno 1455. die 8. Aprilis creatus, & 1. Maij Romæ ante fores Basilicæ Vaticanæ coronatus, scripsit

Epistolas plures, quarum nouem leguntur inter Æneæ Syluij Epistolas, ex eruditissimo Rupipozæo, Episcopo Pictauiensi.

Officium transfigurationis etiam composuit, teste Binio Coloniensi, & Ciaconio.

Ex hac vitâ migravit Romæ anno 1458. die 6. Augusti: sepultus est apud S. Petrum in Vaticano; in sepulchro marmoreo absque Epitaphio. Sedit annos 3. mensi. 3. & dies 29. Vacat Sedes dies 13.

De laudibus Calixti præter Platinam, Illescam, Simonetam, & alios, consule, si lubet, Ioannem Antonium Campanum Episcopum Aretinum, *in eius oratione funebri.* Æneam Syluium *lib. de Nicolai V. obitu, & Callisti III. creatione.* Diaria *Calixti.*

De eius scriptis Genebrardus *in Calixto.* Iodocus Coccius *in Thesauro.* Emanuel Rodericus *in Bullar.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ. pag. 86.* Ioannis Molani *Bibliotheca*

mate

materiarum, v. Germani. Ciaconius in Calixto III. Ioannes Cochlaeus lib. 11. hist. Hussitarum. Andreas Victorellus addit. ad Ciaconium. Gabriel Pennottus lib. 3. hist. Trip. c. 28. n. 5. Archangelus Gianius Seruita part. 2. centur. 3. Annalium Ordinis Seruorum lib. 2. cap. 7.

S. CELESTINVS I. Romanus, Papa 45. anno 423. die 3. Nouembrii Romæ creatus, & consecratus, scripsit

Epistolas varias; quarum quatuordecim tom. 1. Concil. annotauit Binius, & tom. 2. pag. 183. Partim extant inter S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini Carmelitæ Epistolas in editione Parisiensi 1604. fol. studio Gentiani Herueti Aurelianensis, & partim apud Iouerium, Baronium & Lambertum Gruterum; duæ præterea eius Epistolæ leguntur Græcè & Latine tom. 2. Concil. à pag. 189. ad 197. vna inter opera D. Prosperi Aquitanici Coloniae 1630. edita pag. 887.

Eius *Decreta* & Concilium aduersus Nestorium habentur tom. 1. Concil. pag. 981. apud Gratianum in *Decreto*, Iuonem l. 3. Carranzam, Cresconium, Coriolanum, Barbofam & alios.

Moritur Romæ anno 432. die 6. Aprilis: sepelitur in Cœmeterio Priscillæ viâ Salaria cum sequenti Epitaphio:

*Præsul Apostolica Sedis venerabilis omni,
Quem rexit, populo, decimum dum conderet annum
Cælestinus agens, vitam migravit in illam,
Debita quæ Sanctis æternos reddit honores.
Corporis hic tumulus, requiescunt ossa, cinisque,
Nec perit hinc aliquid Domino, caro cuncta resurgit.
Terrenum nunc terra regit, mens nescia mortis
Viuat, & aspectu fruitur bene conscia Christi.*

Sedit annos 8. menses 5. & dies 3. Vacat Sedes dies 20.

Omnia Martyrologia, & sancta Synodus vniuersalis Ephesina eius sanctitatem valde prædicant.

Anastasius Bibliothecarius, Platina & alij eius vitam scripserunt.

De Cœlestini scriptis loquuntur S. Palladius I. Scotorum Episcopus in *Epist. ad Cælestinum*, S. Cyrillus Alexandrinus *ibid.* Concilium Africanum & Chalcedonense. S. Vincencius Lerinensis aduersus hæreses cap. vlt. Bibliotheca Photij

S. Pro

S. Prosper in Chron. Paulus Diaconus lib. 2. de Incarnatione & gratia cap. 8. Maximus Patriarcha Constantinopolitanus in Epist. ad Celestinum. S. Augustinus ibid. Ioseph Pamphilius Episcopus Siguinus in Chron. Augustinianorum. Gennadius Massiliensis cap. 54. Sigebertus, Trithemius, Posseuinus, Baronius ab anno 423. ad 432. Socrates l. 7. cap. 11. Euagrius l. 1. cap. 3. & 4. Nicephorus l. 14. cap. 30. Didacus Couarruias pract. cap. 35. num. 5. Ioannes Azorius Institut. moral. part. 2. l. 6. cap. 4. quas. 25. Iulius Laurus tom. 1. variar. lucubrat. tit. 4. cap. 4. num. 39. Canisius in opere Catechistico. Coccius in Thesauro. Libellus Apocristariorum Alexandrinorum ad Anastasium II. Papam. Petrus Arcadius l. 6. cap. 2. de Concordia Ecclesie Orientalis & Occidentalis. Iosias Simlerus, Lutheranus in Bibliotheca abbreviata Gesneri. Ludouicus Carbo de script. sacris in 1. 2. D. Thome partem cap. 15. & 16. Martinus Casinus, Alphonsus Ciaconius in Celestino, Andreas Duchesnius ibid. Papyrius Massonus ibid. Franciscus Hallier in defensione Ecclesiastica Hierarchie.

CELESTINVS II. antea Guido de Castro, vel de Castello, Tiphernas, Tuscus, Papa 164. anno 1143. die 26. vel 24. Septembris creatus, scripsit

Epistolas quasdam; quarum vna ad Petrum Mauricium, vulgò Venerabilem Abbatem 9. Cluniacensem, extat in Bibliotheca Cluniacensi, ab Andrea Duchesnio edita, vnà cum Epistola dicti Petri ad Celestinum. Aliæ me latent. Ei scripsit S. Bernardus Abbas 1. Clara vallensis.

Moritur Romæ anno Domini 1144. die 8. Martij: sepelitur in Basilica Lateranensi. Sedit menses 5. & dies 13. Vacat Sedes dies duos.

Eius vitæ scriptores Platina, Binius, Glanus, Tempesta, Richardus Cluniacensis, Bernardus Guidonis, Martinus Polonus, Garzias Beriolus, Gundifalvus Illefeas, Panuinius, Baptista à Glano, Ioannetus, Ciaconius, Massonus, Franciscus Cabrera, Andreas Duchesnius, & alij.

De Celestini litteris Basilius Sirenius lib. de privilegijs Canon. Reg. Andreas Viçtorellus addit. ad vitam Celestini. Ioannes Pagæus lib. 2. Bibl. Pram.

CELE

CELESTINVS III. antea Hiacynthus Bobo nuncupatus, Romanus, Papa 174. anno 1191. die 28. Martij, creatus & coronatus Romæ die sequenti, scripsit

Epistolas varias, quarum sexdecim reperiuntur tom. 7. *Concil. Biny pag. 781. 782. & 783.* ex Roger. Houedeno, Archiuo Eugubino, & Baronio desumptæ. Quædam aliæ leguntur in *Chartulario Paracleti, diœcesis Trecentis*. Celestino scripserunt *Epistolas Eleonora Anglia Regina, & Eugenius, Scotus, Abbas 3. monasterij D. Iacobi Herbipolensis in Germania.*

Varia eius *Decreta* extant in *Codice MS. Lugdunensi Carmelitano iam citato.*

Obiit Romæ anno 1198. die 8. Ianuarij: sepultus est in Basilica Constantiniana Lateranensi. Sedit annos 6. menses 9. & dies 11.

De eius vita Consule *Platinam Ciaconium, Duchesnium, Honorium III. Papam, sub nomine Cency Camerarij, Anonymum de rebus Siculis, Abbatem Ursbergensem, Chronicon Angliæ.*

CELESTINVS VI. antea Galfredus Castellionæus, Mediolanensis, Monachus Ord. Cisterciensis, Papa 178. anno 1241. die 22. Septembris creatus, scripsit, Thomâ Dempstero teste, in *historia Eccles. Scotorum, v. Adam.*

Epistolam ad S. Adamum Abbatem Mailrosensem, tandem Episcopum Cathanesium in Scotia, quâ gratias egit, quod Ecclesiasticam dignitatem egregiè propugnasset, misso Ægildo Legato. Item

Epistolas varias.

Pias ac doctas orationes, dum in Altecumbæ Cœnobio Monachum degeret.

Moritur anno Christi 1241. die 8. Octobris: sepelitur in Basilica Vaticana P. Petri cum sequenti Epitaphio:

D. O. M.

Cœlestino IV. Castilioneo Mediolanen. Pont. Opt. Max. prudentia, doctrina, eloquentia, morum grauitate, vitæ integritate insigni, qui cum multis legationibus sub Gregorio IX. egregiam pro S. R. E. operam nauas-

F

fer.

set, summo totius Reipublicæ Christianæ gaudio, Cardinalium omnium suffragiis Pont. Opt. Max. pronuntiatus est, sed conceptam ex eius Pontificatu lætitiā, importuna mors publico mœrore, desideriumque mox immutavit.

Obiit VIII. Id. Octobr. Ann. Salutis M C C X L I.

Sedit dies solummodò 17. Vacat Sedes annum 1. menses 8. & dies 16.

Eius vita legitur apud omnes Auctores, qui *de vitis Romanorum Pontificum* scripserunt, etiam apud Antonium Nigrinum in *Elogiorum libro de Castillionea familia*.

De scriptis, Guido Clarauallensis, Antonius Nigrinus *loc. cit.* Dempsterus, Ferdinandus Vghellus *addit. ad Ciaconium, & de Ill. viris Ord. Cisterciensis.*

S. CELESTINVS V. antea Petrus Moroneus, vel de Murrhone dictus, Italus, patriâ Ifernensis, Ordinis Cœlestinorum Sanctissimus Patriarcha, Papa 191. anno 1294. die 7. Iulij Perusij creatus, & 29. Augusti Aquilæ coronatus: scripsit varia opuscula, Neapoli 1640. edita, nempe

Relationem vitæ suæ, ab ipsomet conscriptam, habetur à pag. 39. usque ad 67. Extrat MS. apud Gabrielem Naudæum, Parisiensem, Eminentissimi Guidonis Cardinalis à Balneo, de Bagny Bibliothecarium, virum eruditissimum, & humanissimum, qui viua voce, monitis, consiliis, scriptis multum in his colligendis nos iuuit.

Opusculum 1. *de virtutibus*, quinque partibus distinctum, à pag. 1. ad 54.

Opusculum 2. *de vitijs*, 3. part. distinctum à pag. 85. ad 124.

Opusculum 3. *de hominis vanitate*, 3. part. distinct. à pag. 125. ad 142.

Opusculum 4. *de exemplis ac similibus moralibus*, à pag. 143. ad 149.

Opusculum 5. *de sententijs Patrum Eremitarum*, à pag. 150. ad 198.

Opusculum 6. *de miraculis B. V. Mariae*, à pag. 199. ad 219.

Opusen

Opusculum 7. seu summam Celestinam de Censuris, 4 part. distinctum, à pag. 227. usque ad 264.

Opusculum 8. de Sacramentis Ecclesie. 7. partib. distinctum, à pag. 265. ad 359.

Opusculum 9. de decem præceptis Decalogi. 16. partib. dist. à pag. 360. ad 404.

Opusculum 10. de Præceptis Ecclesie. 4. partib. distinctum, à pag. 405. ad 409.

Opusculum 11. de legibus. 5. partib. distinctum, à pag. 410. ad 441.

Epistolas septem ad varios, à pag. 442. ad 445.

Formularium literarum dimissorialium ad Ordines suscipiendos, pag. 446. & 447.

Orationes deuotissimas viginti, à pag. 448. ad 458. hæc omnia prodierunt Latine Neapoli 1640. in 4. ex Typographia Octauij Beltrani, studio R. P. D. Celestini Teleræ Sipontini Th. D. & Abbatis Celestini. Mauritio Cardin. à Sabaudia Celestinorum Protectori.

De perfectione Religiosorum, lib. 1. Extare dicitur MS. in monasterio Meduntensi à Petro Crespetio Celestino teste oculato, asserente se hunc librum legisse vt fidem facit in sermone de S. Celettino V.

Quasdam constitutiones Ecclesiasticas, quarum vna habetur, Licere Pontifici Romano abdicare se magistratu, vt habet Petrus Bugianus in colloquio primo historiae suae monasticae, & Arnoldus Vuion in ligno vite, ex Posseuini Apparatu.

Moritur sanctissime in Arce Fumonis incarceratus anno 1296. die 8. Iunij ætatis suae 87. sepeliturque in monasterio Ordinis sui S. Antonij de Florentino, vel Ferentino. Sedit menses 5. & dies 7. viuit tamen post spontaneam abdicacionem annum 1. menses 4. & dies 28.

Martyrologia S. R. Ecclesie, Arnoldi Vuionis, & Hugonis Maynardi, eum die 19. Maij commemorant; Gallicanum verò 15. Februarij.

Præter Auctores communes de vitis Romanorum Pontificum, consulendi sunt de rebus gestis Celestini K. Petrus de Alliaco Cardinalis, Iacobus Caietanus item Cardinalis, Anonymus

nymus de eius conuersatione. Robertus, Berardus, Ioannes, Robertus Celestini, Iacobus Alitiensis, Dionysius Faber, Benedictus Gononus, Claudius Rapinus, Petrus Crespetius, Ioannes Laziardus, Stephanus Binetus, Constantinus Caieranus, Clemens Papa 5. & Celestinus Telera, Lælius Marinus, Andreæ Saussaij *Martyrologium Gallicanum*, Ioannes Riudadellus, Maphæus Vegius, Paulus Regius.

De eius scriptis Richardus Monachus Cassinensis in *regulam D.P. Benedicti*. Eberhardus Archidiaconus Ratisbonensis in *Annal.* Ioannes Azorius *part. 1. Instit. moral.* Alphonfus Ciaconius in *Celestino V.* Andreas Victorellus *ibid.*

S. CLEMENS I. Romanus, Papa 4. anno Christi 93. die 16. Maij creatus. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ (teste Hieronymo in *Catalogo*) ad Ecclesiam Corinthi

Epistolam valde utilem, de qua lege prædictum Hieronymum, sicuti & de secunda, quæ à veteribus reprobat.

Epistolas duas ad Simonem fratrem Iacobi, aliis *ad Iacobum fratrem Domini*. Prodierunt Parisiis 1555. in 4. Interprete Ioa-chimo Peronio. Basileæ 1536. Colonia 1562. & 1570. cum *argumentis Ioannis Sighardi*, studio Lamberti Gruteri. Eas è Græco in Latinum vertit Ruffinus *tom. 1. Concil. à pag. 32. ad 43. cum Notis Binianis*, & in *collectione Ioueriana*. Una extat MS. Græcè Monachij in Biblioth. Ducis Bauariæ. Petrus Riuetus *l. 1. Critici sacri cap. 8.* eas reprobat, sed lege Auctores infra citatos.

Epistolam alteram, de officio Sacerdotis & Clericorum, Ruffino interprete, *tom. 1. Concil. à pag. 43. ad 47.* Colonia 1570. studio Gruteri cum sequentibus, & Basileæ 1536.

Epistolam ad Iulium & Iulianum discipulos, *ibid.*

Epistolam alteram de communi vita, & reliquis causis, suis discipulis scriptam, Hierosolymitanisque directam, *ibid.* Credo esse illam, quæ asseruatur MS. in Bibl. Imperatoris, sub tit. *de communi vita Clericorum*, in 4.

Epistolas Encyclicas tres, quarum præcipuum est de virgin-tatis puritate argumentum ex SS. Hieronymo in *Catalog.* & Epiphânio *heresi 30.* seu primo *Panarij libro contra Ebio-witas*.

Episto

Epistolam S. Pauli Apostoli ad Hebraeos interpretatus est, ex Eusebio Episcopo Casariensi.

Epistola Clementis asseruantur MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medica, & Romæ in Vaticano.

Decreta eius extant tom. 1. Concil. & apud Gratianum. Scripsit præterea,

Liturgiam, seu Missam Clementis. Germana censetur, sed à posterioribus locupletata.

In sacrosanctas utriusque Testamenti Scripturas commentaria, ex Sixto Senensi in Bibl. sancta.

Disputationem Petri & Appionis. censetur apocrypha. Consule S. Hieronymum, & Eusebium Casariensem l. 3. hist. c. 32. Reperitur in Oxoniensi Bibliotheca Collegij S. Trinitatis, alia disputatio Petri, contra falsitatem Simonis Magi, sub nomine Clementis, cuius initium est, Tibi quidem, &c. ex catalogo Codicum MS. Angliæ, pag. mihi 50.

Libros decem Recognitionum, vel, ut aliis placet, Odeporicon, vel Circuitionum, vel Periodorum Petri, vel Itinerarium Petri, vel (teste V. Beda) historia Clementis; sub his enim nominibus ita prodierunt. Inter apocryphos censentur apud Gelasium dist. 15. Leonem Papam in Epist. ad Nicetem, & Athanasium in Synopsi; quia ab Ebionæis hæreticis, ipso adhuc Clemente inter mortales degente, magnâ totius Ecclesiæ iniuriâ, ex legitimis, illegitimos fuisse factos, ut S. Epiphanius heresi 30. diligenter annotavit. Idem miserrimè factum fuit ab Eunomianis, ex Ruffini testimonio, qui eos in Latinum idioma è Græco vertit. Censura non fit ob styli eloquentiam Clementis, sed ob hæreticorum prauitatem in eis concinnatam. Prodierunt Basileæ 1536. fol. Parisiis 1578. 8. & Colonia 1570. cum scholijs Lamberti Gruteri. Gallico idiomate etiam transtulit Ægidius Cailleau Franciscanus, Gallus, Parisiis 1574. 8. apud Ioannē Poupy ex Bibliotheca Verderij. Extant MSS. in Bibliothecis Florentiæ apud S. Laurentium. Scoriaci, in illa Regis Catholici. Urbini, Pisauri, Cameraci & Vaticani, nec non Viennæ Austriæ in illa Imperatoris, & Augustæ Vindelicorum.

Libros octo Constitutionum Apostolicarum, seu Præceptionum,

malitiosè ab hæreticis deprauatos fuisse compertum habemus, exinde inter apocryphos enumerantur. E Græco in Latinum dedere, & scholiis illustrare, videlicet Ioannes Bouius, Florentinus, Ostunensis Episcopus, deinde 63. Engolismensis in Gallia, & Franciscus Turrianus S.I. Theologus, ubi *Apologiam* præfixit. Cuius versio prodiit Romæ Græco-Latinè. Illa verò Bouij Antuerpiæ typis Plantinianis 1578. & tom. 1. *Concil.* separatim tandem Venetiis apud Iordanem Zileum 1563. in 4. Lugduni 1564. in 12. apud Guil. Rouillium. Colonix studio Laurentij Suriij 1567. & postea 1570. studio Lamb. Gruteri in fol. apud Ioannem Birckmānum. Æthiopes hos libros inter sacras Scripturas reponunt, vt testatur Ciaconius in *Clemente*.

Canones item 90. Apostolorum, apocryphi habentur à Gelasio, tamen 50. à Bellarmino, & aliis admittuntur, quos latinitate donauit Dionysius Exiguus, eosque interpretatus est Gregorius Holoander Parisiis 1544. fol. etiam scholiis illustrauit Theodorus Balsamo, interprete Gentiano Herueto. Leguntur tom. 1. *Concil.* Græcè & Latinè cum Notis Binianis, versione Herueti, & defensione Turriani à pag. 6. ad 23. Item separatim Colonix 1570. studio Lamb. Gruteri. Asseruantur MSS. Græcè in Bibliotheca Vaticana.

Concionum Petri in populo suo habitatum Clementis compendium, cuius initium est: *Clemens Iacobo Domino & Episcopo & Episcoporum Episcopo*. Extat MS. Græcè in Vaticano, & in Caffæ Taurica Chersoneso, vnâ cum martyrio S. Clementis: citatur à Clemente Alexandrino lib. 6. *Stromatum*, & Origene eius discipulo tom. 13. in *Euangelium Ioannis*, qui ambo, ex ipso aliqua fragmenta proferunt.

De responsionibus Petri ad interrogata Tripolitanorum, opus Clementis esse colligitur ex lib. 5. *Recognitionum*.

Hic in Chersoneso relegatus, martyrio coronatur anno 102. die 23. Nouembris, postea sub Nicolao I. anno 867. Romanam delatum, in eius nominis Ecclesia reconditum est. Sedit annos 9. mens. 6. Vacat Sedes dies 23. aliis, mens. 4 & dies 11.

Omnia Martyrologia, Menologium Græcorum, & Calendarium Ruthenorum eum commemorant.

Eius

Eius vitam scripserunt omnes qui de *Sanctis & Romanis Pontificibus*. Præterea Simeon Metaphrastes, qui Græcè expèrnerustis monumentis confecit. An sit illa, quæ Græcè habetur in Bibliotheca Scoriaci Regis Catholici, & in illa Ducis Bavarix MS. nihil certi habeo, Ioannes Diaconus ex Baronio in *Notis ad Martyrologium*. S. Bernardus in *homilia de S. Clemente*. Augustinus Valerius Cardinalis *ibid.* Andreas Sauffayus, S. Ephræmus.

De Clementis scriptis, præter auctores citatos, testimonia perhibent S. Irenæus *l. 3. cap. 3.* S. Iustinus Martyr *quæst. 74.* S. Athanasius *loc. cit.* S. Philastrius *de hæres.* Proclus Patriarcha Constantinopolitanus in *libello de traditione Missæ diuinæ*. Nicolaus Methonensis Episcopus *lib. de veritate corporis Christi in Sacramento altaris*. Bibliotheca Photij v. *Clemens*. S. Anacletus in *Epist. 3.* Tertulianus, S. Ioannes Damascenus, S. Marcellus I. Papa in *Epist. ad Maxentium Tyrannum*. Genadius in *Cat.* Trithemius, Genebrardus, Baronius, Fabianus, Iustinianus, Sixtus Senensis, Molanus, Bellarminus, Eisengrenius, Coccius, Cornelius Cornelij à Lapide in *præfat. ad Epistolam ad Hebræos*. Martinus Delrio in *Vindicijs Arcopagetis, cap. 9.* Coriolanus in *annotationibus ad Canones Apostolorum*. Alphonfus Ciaconius in *Clemente I.* Eusebius Cæsariensis *lib. 2. Histor. Eccles.* Clemens Alexandrinus *lib. 1. 4. & 6. Stromatum*, S. Basilius Magnus *lib. de Spiritu sancto cap. 29.* Beda *de rat. temp. cap. 111. & in Actis, cap. 5.* Humbertus, Episcopus Syluæ Candidæ, S. R. E. Cardinalis *libro contra Nicetam Pectoratum de Ieiunio*. Bardesanes Syrus *libro de facto aduersus Abydam Astronomum*. Gerardus Ioannes Vossius *lib. 2. de Historicis Græcis, cap. 9.*

CLEMENS II. antea Suidgerus, Saxo, Papa 149. anno 1046. die 25. Decembris coronatus, scripsisse fertur

Epistolam ad Ioannem Archiepiscopum Salernitanum. Legitur *tom. 7. Concil. Biny pag. 228. & 229. & tom. 11. Annal. Baronij*, vnâ cum Concilio eius Romano.

Obiit Romæ anno 1047. die 9. Octobris, deinde Bambergam translatus. Sepelitur in Cathedrali. Sedit menses 9. & dies 14.

Consule

Confule Albertum Crantziū in sua *Metropoli de Suidgero*, Episcopo Bambergensi, & Martinum Polonium, Platinam, Onuphrium, Ciaconium, Massonum, Binium, Baronium, Baptistam à Glano, & alios.

CLEMENS III. antea Paulus cognomento Scholaris, Romanus, Papa 173. anno 1188. die 6. Ianuarij Pisis electus, & die sequenti coronatus, scripsit

Epistolas varias ex Chronico, seu Bibliotheca Cluniacensi, Archinio, S. Germani de Pratis, Chronico Bambergensi, Houedeno, Baronio & Binio, vbi leguntur.

Eius verò *Decreta extant in nostra peruetusto Codice. M. S. Lugdunæo Carmelitano, tribus libris distincta.*

Migravit ad Dominum Romæ anno 1191. die 26. Martij sepultus est in Laterano. Sedit annos 3. mens. 3. & dies 4. Vacat Sedes dies 4.

De rebus gestis præter Auctores Pontificios & Historicos Ecclesiasticos, confule Anonymum *Bibliotheca Patavine*, Martinum Cencium *Cameracium*, Anonymum *de rebus Siculis*.

De Clementis nostri *Epistolis loquuntur S. Ioannes Scotus, Episcopus San-Andreas in Epist. ad Clement. Richard. Angliæ Rex, ibid. Senatus Populusque Romanus ibid. Bertramus, Scotus, Prior de Coldinghamo ibid. Ernulphus, Abbas Mailrosiensis ibid. Rogerus de Fedic ibid. Ioannes Magnus Archiepiscopus Vpsalensis l. 9. cap. 10. hist. Goth. Duchelmus in Clemente, Camusius ibid. Alphonsus Ciaconius ibid. Chronicon Fossæ nouæ. Ioannes Pagæus lib. 3. Bibliotheca Præmonstratensis.*

CLEMENS IV. antea Guido Grossus, Pignonio à Crassis, vulgò Gros, Gallus, patriâ S. Ægidij ad Rhodanum, Diocesis Nemausensis, Papa 182. anno 1265. die 5. Februarij Perusij absens electus, & 22. eiusdem mensis Viterbij coronatus, scripsit

Quæstiones Iuris.

De recipiendarum causarum ratione, lib. 1.

Vitam S. Eduigis Polonia Reginae, quam in Sanctarum numerum retulit.

Aduersus Guilielmum de S. Amore, Mendicantium Religiosorum

forum hostem infensissimum, Epistolam, 15. Nouembris ann. 1266. Viterbij datam.

Propositiones in Metaphysicam Clementis Papæ, an sint istius, vel alterius, hactenus ignoro.

Epistolarum volumen, cuius quinque exemplaria MSS. in Vaticano afferuantur. Item Parisiis in Bibliotheca Nauarræa, Tolosæ in illa R. D. D. Caroli de Monchal, Archiepiscopi Môtispeffuli in illa D. De Rignac Procuratoris Generalis Curie Iuuaminum, Historiæ Occitanæ scriptoris diligentissimi, Patauij in illa etiam Benedicti Saluatici, vnà cum illis Urbani V. ex Tomasini Bibliothecis Patauinis duas MSS. possideo; beneficio Illustr. ac eruditissimi D. Iosephi Mariae Suarzij Episcopi Vasionensis. Plures leguntur apud Bzouium, Emanuelem Rodericum, Confettium, Lucam VVadingum, & alios.

Sermonem contra Ludouicum Bauarum, in fol. MS. Biblioth. Imperat.

Moritur Viterbij magna cum sanctitatis opinione, anno 1268. die 29. Nouembris: ibidemque sepelitur in Ecclesia Dominicanorum ante maius altare, ad latus, vbi vsque in hunc diem in eius sepulehro fena lilia scutaria conspiciuntur, mutatione Aquilæ in lilia. Nam Grossi gerunt pro insignibus in scuto aureo Aquilam nigram expansam vnguibus & rostro coccineam, circumdatam limbo nigro, octo globulis argenteis onerato: sicut noster, quando erat Cardinalis, gerebat, vt videre est apud Ciaconium, habet sequens Epitaphium:

*Lector fige pedes, admirans quàm breuis ades
Pontificem quartum Clementem contegit arcum:*

*En datur in cineres Petri successor & haeres,
Cuius si memores, non mundi gaudia queres.*

*Hic index primùm, quem sic successus opimum
Reddidit, vt fertur, miles probus efficeretur.*

*Taleque sortitus nomen, iurèque peritus,
Virginis vnus fuit vnicus ipse maritus.*

*Qui viduatus ea, mox Christi sorte potitus,
Aniciensis ita dignus fuit Archileuita,*

Præsul ibi factus, post Archiepiscopus actus,

G

Pastor

*Pastor ut egregius Narbonæ præfuit auctus,
 Utque Deo gratus vir, Cardinalibus sociatur.
 Paratus nomen clarum suscepit & omen,
 Sic sublimatus, sic denique clarificatus,
 Perficiendo gradus censetur ad astra leuatus,
 Annis sex denis octo cum mille ducentis
 Transactis Christi Clemens tumulo datur isti:
 Ut finalis ei det gaudia summa dici. Amen*

Præter auctores, qui de vitis Romanorum Pontificum scripserunt, consulendi sunt Claudius Clemens S. I. Claudius Picquet & Ioseph Pacturel, quos MSS. asseruat D. Renatus Gros à S. Ioyrio, Lugdunensis, Eques Torquatus, & è nobilium vice Regius Cubicularius, necnon eiusdem gentis Grosfanæ clarissimus alumnus, ut quamplurimi viri eruditissimi diuersis in operibus probarunt, ut patet ex sequenti Catalogo.

CATALOGVS

Auctorum, qui probant Nobilissimum D. Renatum Gros à S. Ioyrio, è familia Illustrissimi Comitis Fulcodij Gros, parentis Clementis IV. Papæ procreatum, Renatum Equitem Torquatum illum intelligo, de quo R. P. Prosper Stellartius, Augustinianus, hæc typis mandata scribit ad Eminentissimum Principem Ioannem S. R. E. Cardinalem Bonsium, Episcopum Biterensem:

Deerat unum, ut quem magnus Cardinalis, Christianissimi Regni Gallie Cancellarius, initialis undæ fontisque lustrici natum suum, & à suo nomine Renatum susceperat; magnus item Cardinalis, Reginae eiusdem Regni Regentis Eleemosynarius, amicum toto animo complecteretur. Æternus sit qui captus tuus in eum adfectus, Illustrissime, ut æterna futura illa gloria quæ te genisque tuum Christiani orbis summum caput, (PAV-

LVM

LVM V. intelligo) decoravit. Æternus, vicissim, tuus, qui captus in eum cultus, Illustris à S. IOYRO; ut æternum futurum decus, quo summus Imperator (CAROLVM V. in sinuo) auorum tuorum Aquilam, & Antiqua nobilitatis insignia coronavit. hæc ille.

Eminentissimus Ioannes Cardinalis Bonsius, Episcopus Biterrensis in Epistolis ad nostrum Renatum scriptis, & apud eundem MSS. asseruatis, de cuius testimonio mentio habetur in Vita Clementis IV. Pont. Max. à Claudio Clemente S.I. edita pag. 141.

Illustrissimus Franciscus du Harlay de Chanualon, Archiepiscopus 86. Rothomagensis in Epistola ad Iacobum Auzolium Peyrium.

Reuerendissimus Dom. Bruno d'Affringues, Generalis 46. Carthusianorum in Epistolis 6. Iunij, & 10. Octobris 1624. ad dictum Renatum datis, quas MSS. possidet.

Iacobus Auzolius Peyrius, Aruernus, in Mercurio Charitativo Parisiis 1636. fol. Gallicè edito pag. 75. A

Franciscus de Cheviens à S. Maurico Eques Torquatus in testimonio pro nobilitate & affinitate dicti Renati cum Clemente IV. edito.

Petrus d'Hozier Eques Torquatus, in instrumento authentico eiusdem argumenti excuso.

D. De Longuerre Vitæ V. Francisci Salezij Episcopi Gebenensis scriptor, in Epistola ad Renatum directa, & apud eundem MS. asseruata.

Claudius Expilius, Præses Gratianopolitanus in Epistola ad Renatum, & apud eundem MS. asseruata.

Claudius Picquet Delphinus, Franciscanus, in vita Latina Papæ Clementis IV. quam MS. Renatus possidet.

Claudius Clemens, Sequanus, S. I. in vita Clementis IV. Lugduni 1624. in 12. apud Ioannem Iullieron Latine edita.

Joseph Pacturel Claramontensis Ferrandus Canonicus Ecclesiæ Collegiæ B. V. Mariæ in Epistola dedicatōria de fōnis

Clementis IV. vitæ à Claudio Clemente editæ, MS. asseruatur apud Renatum.

Polycarpus de la Riuiere, Carthusianus, *Epistola ad Renatum*, ab eodémque seruata.

Iacobus Gualterius, Annonæus, S.I. *in Tabulâ Chronologica in Clemente IV. edit. 1633. pag. 714. & 781.*

Philibertus Monerus Sabaudus, S.I. *lib. originis Gentilium Tesserarum*, secunda editione, parato & aucto pag. 122. & 123.

Ioannes Stephanus Rousseletus, S.I. *in Lilio sacro pag. 268.*

Ioannes Galaud Sacerdos Doctrinæ Christianæ, *in Epistola nuncupatoria libelli de Magdalena ad Sepulchrum plorante*, anno 1624. in 18. editi Gallicè.

Thomas Aquinas à S. Ioseph, Claro-mons-ferrandus, Iosephi Pacturel frater, Carmelita Excalceatus, *Epistola ad Renatum* edita.

Ludouicus Caualli, Picardus, Franciscanus, *in Scala Parnassi*, tam *in Epistola dedicatoria*, quàm *in libro pag. 212. & 218.* Lugduni apud Laurentium Durand edita.

A V C T O R E S

Qui de Gentilibus Tesseriis, hoc est, de Aquila Grossorum testimonia perhibent.

Carolus V. Romanorum Imperator *in litteris Catelano Grossi concessis Bononiæ die ultimâ Februarij ann. 1530.*

Alphonsus Ciaconius, Hispanus, Dominicanus *in vita Clementis IV. tom. 2. pag. 714. & in vita Urbani IV. pag. 715.*

Petrus Matthæus Historiographus Regius *in vita S. Ludouici, lib. 4. pag. 389.*

Prosper Stellartius, Belga, Augustinianus *in lege de Anagrammatibus ad Eminentissimum Ioannem Cardinalem Bonfium.*

Claudius Robertus, Lingonensis, Maior Vicarius Cabilonensis *in Catal. Episcoporum Podiensium Gallix Christianæ v.*

Guido Grossus pag. 457. edit. 1. de Gentilib. Tesseriis Grossorum num. 5. 1.

Ioannes

Ioannes Baptista de Glano, Leodiensis, Augustinianus, in *Clemente IV. pag. 785.*

Petrus Frizon, Canonicus Rhemensis in *Gallia Purpurata, in vita Clementis IV. Papa, pag. 36.*

Marcus de Varennes S.I. in libro prætitulato, *Fetialis, cap. de Besantibus & Aquilis, pag. 195.*

Syluester Petra Sancta S. I. in *Gentilitijs Tesseris, Romæ fol. editis.*

Vlysses Aldrouandus Bononienfis, Medicus, *lib. 1. Ornithologia, cap. de usu Aquilarum in insignibus, vulgo armis dictis, pag. 98. tom. 1.*

Andreas Victorellus, Italus, patriâ Bassanenfis, in *Notis ad vitam Ciaconianam Clementis IV. pag. 736.*

Hæc damus in gratiam prædicti D. Renati, cuius dies sint, sicut dies cæli.

De nostri luminis iuris clarissimi scriptis testimonia perhibent S. Antoninus in *Chron.* Guilielmus Durandus Episcopus Mimatenfis in *speculo iuris.* Henricus Stero in *histor.* Vincentius Blasco *ibid.* Henricus Canisius *1. antiq. lect.* Iustus Lipsius in *exemplis politicis.* Petrus Marthæus in *hist. S. Ludouici.* Polycarpus de la Riuiere *part. 1. Mysterij sacri nostra redemptionis pag. 712. & 713.* Nicolaus Caussin *tom. 2. Curia sancta pag. 367.* Bellarminus *de script. Eccles.* Apparatus Possenini. *Nomenclator Cardinalium.* Odo Disæus in *hist. Aniciensis.* Ioannes de la Cruz *de statu Religionis.* Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ. pag. 85. 86. & 226.* Bzouius in *Annal.* Claudius Robertus in *Gallia christiana.* Frizon in *sua Purpurea.* Ioannes Morinus *part. 8. cap. 29. histor. Eccles.* Petrus Michelius, Barchinonensis in *histor. Hispan.* Iacobus Auzolius in *Chron. sancta.* Petrus de Marca *l. 2. c. 3. de concordia Sacerdotij & Imperij. & l. 4. c. 17.* Carolus Rex Siciliæ *Epist. ad Clementem IV.* Coriolanus in *summa Conciliorum pag. 553.* Bibliotheca Gefneriana v. C. Ciaconius in *Clemente IV.* Platina *ibid.* Andreas Victorellus *ibid.* Gonzalus Illescas *ibid.* Lucas V Vadingus *tom. 2. Annal. Minorum.* Antonius Riccobonius *lib. de Gymn. Patau.*

CLEMENS V. antea Bertrandus Gothus, de Gouth, Vasco, patriâ

patriâ Villandratiensis, diœcesis Burdegalensis, Papa 194. anno 1305. die 5. Iunii, Perusij electus die Dominico 14. Nouembris, eodem anno Lugduni coronatus ante fores S. Iusti extra muros, scripsit

Sermones ad Populum habitos.

Epistolarum lib. 1.

Reges & que eius volumina 9. in Bibliotheca Vaticana asseruantur.

Constitutionum, vulgò Clementinarum, vel librum 7. Decretalium, in Concilio Viennensi Generali 1313. celebrato ordinatum, quem postea Ioannes XXII. eius successor diulgauit. Parisiis 1517. cum commentarijs Guilielmi de Landuno in 12. etiam ibid. ex officina Carolæ Guillard 1541. Rothomagi 1519. in 12. cum eius vita. Venetijs vnâ cum libro 6. Decretalium Bonifacij VIII. &c. 1591. in 8. Lugduni 1584. fol. Francofurti 1586. in 8. MSS. asseruantur in Bibliotheca Collegij Noui Oxoniæ vol. 174. & 198. Consule Barbosam de harum constitutionum commentatoribus.

Quædam eius Epistolæ leguntur tom. 7. Concil. cum Notis Binij in Concilio suo Generali Viennensi.

Obiit in Castro de Roca-maura, vel Ripemaura, diœcesis Nemausensis, anno 1314. die 11. alijs 18. vel 20. Aprilis, deinde eius corpus primò Carpentoratum in Comitatu Venetino translatum, tandem in Ecclesiam Collegiatam de Vzeſta diœcesis Vafatensis in sepulchro marmoreo & alabaſtro repositam, cum sequenti Epitaphio:

Hic iacet felicitis recordationis D. Clemens Papa V. Fundator Ecclesiarum Collegiatarum de Vzeſta & Villandrando, qui obiit apud Rupem-mauream, diœcesis Nemausensis, die 20. Augusti, Pontificatus sui anno 9. Portatus verò ad istam Ecclesiam B. Mariae de Vzeſta anno Domini 1316. die Augusti 27. tunc proximâ, & sepultus die... anno Domini 1359.

Mendum videtur irrepsisse in Epitaphio, quoad diem obitus; nam omnes historici fide digni constanter asserunt obiisse 20. Aprilis. Sedit annos 8. menses 10. & dies 16. Vacat Sedes ann. 2. mens. 3. & dies 17.

Eius vitam scripserunt Amalricus Augerius, Champerius, Frizon,

Frizon, Bernardus Guidonis, Suarezius, Bosquetus & Anonymus ante editionem Rothomagensis 1519. & alij de vitis Romanorum Pontificum, Acta Clementis V. & Philippi Fr. R. Ioannes Riudadellus.

De scriptis Clementis, Trithemius, Possevinus, Rupipozeus, Arnoldus, Pontacus, Genebrardus, Volaterranus, Iacobus Sirmondus in *Conc. Gall.* Bzouius in *Annal.* Angelus Rocca in *Bibliotheca*, Lieuræus in *Antiquit. Veniennens.* Claudius Robertus in *Simone de Archiaco Viennensi.* Nicolaus Sanderus de *visibili Monarchia.* Philippus Gamachæus in 1.2. q.96. cap. 3. Iacobus de Viterbio *lib. de regimine Christianorum.* Guido Ferrariensis in *Margarita Biblie.* Coccius in *Thefauro.* Ekius l.3. c.5. *Bibliotheca Gesneri,* Ciaconius in *Clemente V.* Gonzalus Illefcas *ibid.* Platina *ibid.* Massonus *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Onuphrius Panuinus *ibid.* S. Antoninus *ibid.* Andreas Victorellus *ibid.* Hieronymus Rubeus *lib. 6. hist. Rauennat.* Ioannes Pagæus in *Bibliotheca Præmonstratensis lib. 3.*

CLEMENS VI. antea Petrus Rogerius, Aquitanus, patriâ Mali-montis, diœcesis Lemouicensis, Benedictinus, Papa 197. anno 1342. die 5. Maij Auenione creatus, die 19. eiusdem mensis & anni coronatus, scripsit

Sermones varios, lib. 1. quorum vnus in die Cinerum habitus extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Aulae Penbrochianæ.

In Canonizationem S. Iuonis, lib. 1. Refert Laurentius Surius tom 3. ad diem 19. Maij, incip. *Exulta & lauda,* &c.

In approbationem Caroli Francorum Regis, lib. 1. *Salomon sedit super,* &c.

Collationum lib. 1.

Missam pro mortalitate: *Recordare Domine testamenti tui.*

Epistolarum & Decretalium eius plura volumina MSS. extant Romæ in Vaticano.

Et quedam alia ex Trithemio & Gesnero.

Moritur Auenione anno 1352. die 6. Decembris, postea transfertur in monasterium Casæ-Dei; hunc laudauit oratione funebri duodecies S. Petrus Thomas Aquitanus, Carmelita,

melita, Patriarcha Constantipolitanus. Sedit annos 10. menses 7. diem 1. Vacat Sedes dies 12.

De eius scriptis Rupipozeus, Posseuinus, Franciscus Petrarcha lib. 26. *Epist.* Vuion *in ligno vite*. Eduardus III. Angliæ Rex *in Epist. ad Clementem*. Binius tom. 7. *Concil.* Ioannes Dadraeus *de Archiepiscopis Rothomagensibus*. Nicolaus Taillepied *ibid.* Iacobus Tauellus *in Senonensibus*, Bibliotheca abbreviata Gesneriana v. C. Alphonfus Ciaconius *in Clement. VI.* Andreas Victorellus *ibid.* Ioannes Pagæus lib. 3. *Biblioth. Ordinis sui.*

CLEMENS, VII. antea Iulius de Medicis dictus, Florentinus, Papa 220. anno 1523. die 19. Nouembris creatus, & 26. in Vaticano coronatus, scripsit

Varias Epistolas, quarum vndecim legi *inter Epistolas Principum*, Italicè Venetiis apud Iordanum Zilettum & socios 1570. in 8. editas. Variæ etiam eius Epistolæ MSS. afferuntur in Anglia in Bibliotheca Bodleiana. Ei scripsit Dauid Æthiopiæ Rex *Epistolas*, quas habes apud Massonum.

Quadraginta eius Constitutiones Ecclesiasticæ, & variæ Bullæ leguntur apud Rodericum, Cherubinum, Confettium, Collectionem Romanam 1579. editam, & alios, illa de eligendo Romano Pontifice habetur *in addit. ad Ciaconium.*

Eius Conclauæ, Diarium, Apologia aduersus Carolum V. & Itineraria extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Moritur Romæ anno 1534. die 25. Septembris, sepelitur primò in Basilica Vaticana, transfertur in Ecclesiam Dominicanorum supra Mineruam in sepulchro marmoreo, habuit sequens Epitaphium in Vaticano.

Clementi VII. Pont. Max. Cuius inuicta virtus sola clementia superata est. Obiit anno 1534. 6. Kalend. Octobris. Sedit annos 10. mens. 10. dies 8.

Eius vitæ scriptores Hieronymus Maripetrus Minorita, Paulus Iouius, Ioannes Longiacus Lemonicensis *in oratione de laudibus Clementis*. Hieronymus Vidas *in Elegia de Clemente VII.* Antonius Saxanus, Baptista Pizacarus, Bernardinus Rutilius, Diarium, & Conclauæ Clementis, Caius Sylianus, Carolus V. Felix Contelorius, Ioannes Bellaius, Mutius Sfortia,

tia, Paulus Belmifferus, Cæsar Grolerius, Hieronymus Niger, Laurentius Granius.

De Epistolis Bibliotheca *Gesneri*. Carolus V. Imperator in *Epist. ad Clementem*. Franciscus Valesius I. Francorum Rex *ibid.* Balthasar Castellio *ibid.* Claudius Hemeræus *lib. de Academia Parisiensi cap. 2. & 3.* Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium*.

CLEMENS VIII. antea Hippolytus Aldobrandinus, Florentinus, Papa 232. anno 1592. die 30. Ianuarij creatus, & 2. Februarij apud S. Petrum coronatus, edidit, teste Posseuino,

Constitutiones ac sanctiones varias ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes, quæ Bullario sunt adtextæ. Consule Franciscum à Coriolano Capuccinum in *tractatu de casibus reservatis*, iuxta regulam Decreti Clementis VIII. Regularibus præscriptam. Coloniae 1618. apud Ioannem Kinchium in 4.

2. *Ceremoniale Episcoporum, & Breuiarium Romanum, recognita*, in lucem emitti mandauit.

Orationem ad Sigismundum, Senatum Populumque Polonicum habitam.

Epistolas ad Henricum IV. Franc. Regem, Philippum III. Hispaniarum, Cardinalem Borbonium ex Arnaldo Ossato Cardinali, Belleforesto continuato, & aliis. Clementi scripserunt Magnus Moscorum Dux Borissus, Alexandrinus Patriarcha Gabriel, Michael Archiepiscopus Ruthenorum, Henricus IV. Franc. Rex.

Decessit Romæ anno 1605. die 5. Martij; sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 13. mens. 1. die 1. Vacat Sedes mensem.

De vita & laudibus Clementis VIII. Hieronymus Beorardus, Camillus Peregrinus, Paulus Bombinus, Andreas Victorellus, Lucas Vadingus, Matthæus Argenta, Hilarion Costæus, Iacobus Auzolius, Robertus Titius, Mutius Sfortia, Pompeius Vizanus, Augustinus Valerius, Franciscus Raymondus, Angelus Rocca, Antonius Cicarella, Bartholomæus Tortolettus, Diaria, Conclauæ Ferrariensæ Clementis, Controuersia Ferrariensæ, Gaspar Schoppus, Ioannes Comus, Anonymus *de legatione Hippolyti Aldobrandini Cardinalis*

lis Legati à latere ad Polonos, Cardinalis Palæotus.

De scriptis Laurentius Beyerlinck *lib. Apophth. Christ.*
Henricus Farnesius *ibid. de Principe.* Philippus Gamachæus
in 1. 2. q. III. & cap. 6. de gratia. Ioannes de Cruz *de statu re-*
ligionis. Michael Ferro Manrique, Hispanus *lib. Quæstionum*
moralium Vicarialium, Petrus Matthæus *in Historia Henrici IV.*
Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibl. Præmonstrat.*

S. CLETVS, Romanus, Papa 3. anno Christi die 27. Septembris ordinatus. scripsisse fertur,

Epistolas; in quibus omnium primus vsus est verbis illis: *Salutem & Apostolicam benedictionem.* Ita ab omnibus auctoribus affirmatur; sed an extent, neque in Conciliis generalibus, neque in Epistolis Pontificiis, hætenus reperire potui.

Hic accipiens benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo Salutari suo, Romæ martyrio coronatur anno Christi 93. die 26. Aprilis, ibidemque in Vaticano prope S. Petrum sepultus. Sedit annos 12. mens. 7. dies 2. Vacat Sedes dies 20. Cherubino, & Ciaconio testibus.

Omnia Martyrologia eum commemorant, & Damasus in Rom. Pont. vitis.

CONSTANTINVS, Syrus, Papa 90. anno gratiæ 708. die 7. Martij creatus, Ciaconio die 23. Decembris creatus, & 25. coronatus, scripsit

Epistolam ad Edaldum Archiepiscopum 36. Viennensem. Legitur in *Bibliotheca Floriacensi, & in Antiquitatibus Viennensibus* Ioannis Lieuræi. huic scripserunt Iustinianus Imperator, & Ioannes Patriarcha Constantinopol. *ex Thesaur. Coccij, l. 7. art. 6.*

Moritur Romæ anno 714. die 9. Aprilis: sepeliturque in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 6. & dies 15. Vacat Sedes mens. 1. & dies 13.

Anastasius eius vitam scripsit, & alij.

De hac Epistola loquuntur Andreas Duchesnius *in vita,* Iacobus Seuertius *in Edaldo.*

CORNELIVS Fundanus, Papa 22. anno 254. pridie Kal. Maij creatus, scripsit

Epistolas sex ad diuersos, quas Notis illustravit Binius

tom. I.

tom. 1. *Conciliorum*, vnà cum octo S. Cypriani ad Cornelium. Alià leguntur in Bibliotheca Patrum tom. 3. In Bibliotheca Theologica, seu Monumentis Patrum Ioannis Iacobi Grinæi, apud Ioannem VVendelstinium in *sua Collectione Antiquarum Decretalium*, Francofurti 1526. in 4. edita, & lib. 3. *Epist. S. Cypriani* in editione Iacobi Pamelij.

Eius *Decreta* apud Gratian. Carranzam, Barbosam & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 255. die 14. Septembris: sepultus in Cœmeterio Calixti via Appiâ. Sedit annum 1. mens. 5. dies 14. Vacat Sedes mens. 1. & dies 6. Martyrologia eius laudes prædicant.

Præter S. Damasum, & alios *de vitis Romanorum Pontificum*, consule Cornelij Musij *Hymnum*, Martyrologium Gallicanum Sauffaj, Cornelium Aurelium, Cornelij passionem MS. Damianum, Polycarpum de Herteghe.

De scriptis Cornelij Honorius Augustodunensis, S. Hieronymus, Trithemius, Bellarminus, Posseuinus, Coccius, Genebrard. Gualterus, Volaterranus, Baronius *ann. 255. num. 8. & 47.* Cardinalis Perronius *in defens. Constitut. Apostolicarum aduersus Danielelem Tilenum.* Thomas VValdensis *tom. 2. de Sacramentis, cap. 113. & 117.* Canisius *de Sacramento Ordinis.* Eusebius *lib. 6. hist. Eccles. cap. 35.* Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ.* Duchesnius *in eius vita*, Ciacœnius *ibid.* Platina *ibid.* Cariolanus *pral. 10. assert. 2. summa Concil. pag. mihi 83. & alibi.* S. Cyprianus *epist. 52.* Bibliotheca Gesneriana, Gretferus *aduersus Plessaum Caluinistam.* Franciscus Hallerius *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchie.*

D.

ANCTVS DAMASVS I. Lusitanus, patriâ Vimarientis, diœcesis Braccarensis, Papa 39. ann. 367. die 15. Septembris creatus, & coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum septem leguntur cum Notis Binianis *tom. 1. Concil.* vnà cum Epistolis S. Hieronymi, & Stephani Archiepiscopi Mauritaniæ ad Damasum. Partim etiam

in *Collectionibus*, Basileæ 1536. & Coloniae 1570. & Parisiis 1555. Francisci Iouerij. Quædam verò asseruantur MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Publica *volum. 27. num. 2. & 235. num. 3. & 7.*

Eloquia aliquot Sanctorum. Extant *tom. 8. Biblioth. Patrum edit. 4.* Parisinæ 1634. etiã MS. in Biblioth. Anglicana Bodleiana.

Vitas Romanorum Pontificum, quas Anastasius Bibliothecarius continuauit, quidam tribuunt Damaso Episcopo Portuensi; nempe Ciaconius, Baronius, Bellarminus, & Ioseph Maria Suarezius, quos sequimur, alij Anastasio, MSS. apud Gabriel Naudæum

Pœmata, Epigrammata, & Epitaphia quamplurima, tam in honorem SS. Martyrum, quàm aliorum memoriæ, loquenti stylo concinnauit, quæ sparsim Romæ diuersis in Ecclesiis leguntur. Prodierunt Basileæ *cum veterum pœtarum Christianorum, operibus à G. Fabricio emendatis.*

De fide contra hereticos, lib. 1.

De virginitate, libros tam carmine, quàm soluta oratione ex S. Hieronymi testimonio, quos promittit eruditissimus Ioseph Maria Suarezius, Episcopus Vasionensis, vt nos monuit per Epistolam.

De tribus Hypostasibus, ad S. Hieronymum Epistolam.

De Trinitate libellum. Extabat MS. Græcè Constantino- poli, testibus Antoniis Verdero, & Posseuino.

Epistolas varias, quæ leguntur *tom. 1. Concil.* cum quatuor eius Conciliis Romanis, & professione fidei, aduersus Apollinaris, & aliorum hæreses.

Missam de S. Nicolao Episcopo metricè, quæ annuatim cêtatur in profesto dicti Sancti, Romæ in titulo S. Nicolai in carcere Trulliano, vt nos monuit Cl. D. Suarez, Episcopus Vasionensis per Epistolam.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Iuonem Carnotensem, Carranzam, Binium & alios MSS. in Vaticano.

In Psalterium carmina Damasi circumferuntur, ex Bibliotheca abbreviata Gesneri.

Obiit Romæ, anno 384. die 11. Decembris: sepultus est
viâ

viâ Ardeatinâ in Basilica sua, tandem translatus est in Ecclesiam ad Theatrum Pompeij. Leguntur sequentia Epitaphia ab ipsomet composita.

*Qui gradiens pelagi fluctus compressit amarus,
Vivere qui prastat morientia semina terra:
Solvere qui potuit Lazaro sua vincula, mortis
Post tenebras, fratrem post tertia lumina Solis.
Ad Superos iterum Maria donare sorori,
Post cineres Damasum faciet, quia resurgere credo.*

Aliud eiusdem.

*Hic congesta iacet, quæris si turba, piorum
Corpora Sanctorum retinent veneranda sepulchra:
Sublimes animas rapuit sibi Regia cæli.
Hic comites Xisti portant qui ex hoste trophæa,
Hic numerus procerum servat, qui altaria Christi.
Hic positus, longa vixit qui in pace Sacerdos.
Hic Confessores Sancti, quos Græcia misit.
Hic iuvenes, puerique, senes, pastique nepotes,
Quæis mage virgineum placuit retinere pudorem.
Hic fateor Damasus velui mea condere membra,
Sed cineres timui sanctos vexare piorum.*

Sedit annos 17. mens. 2. & dies 26. Vacat Sedes dies 21.

Opera S. Damasi Papæ, quæ extant, & eius vita ex Codicibus MSS. prodierunt Romæ 1638. Typis Vaticanis Latine in 4. cum notis Martij Milesij Sarazani IC. Romani. Expectantur etiam auidè studio eruditissimi Antistitis Vasionensis Iosephi Mariæ Suarezij, Auenionensis, ex Apibus Urbanis Leonis Allatij, Chiensis. De Damaso consule etiam Andree Blanci S. I. *Epigrammata*. Balthafarem Porrero *de Cardinalibus Hispania*.

Eius scripæ memorantur à S. Hieronymo, Trithemio, Belarmino, Possuino, Molano, Fabiano Iustiniano, Bibliotheca Verderi, V Vernerio Roleuinck, Iacobo Gualtero, S. Antonino, Georgio Lilio, Genebrardo, Bibliothecâ Hispanicâ Taxandri, Petro Crinito l. 5. *de Poëtis Latinis*, cap. 88. Baronio

- ann. 384. num. 15. Gesnero, Andrea Schotto, historiâ Ecclesiasticâ Tripartitâ l. 3. cap. 29. Hermia Sozomeno l. 6. cap. 23. Gelasio de duabus naturis. Ioanne de Ragusio, Dominicano in oratione, quam habuit in Concilio Basiliensi de communione sub utraque specie. Ioanne Charlerio de Gersonio lib. de auctoritate Ecclesiæ, cap. 7. Ioanne Bertrando, Præfide Tolosano in vita Lucinij Rufini IC. Ioanne Ekio de Primatu Petri. Thoma V Waldensi tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 32. Thesauro Coccij. Ioanne Antonio Velasquez tom. 2. Comment. in Epist. ad Philipp. cap. 2. v. 29. & 30. annotat. 1. Philippo Gamachæo in 1. 2. quest. 111. de causis, &c. cap. 5. Petro Cottono l. 3. Inst. Cathol. cap. 29. Balthasare Porrero in Elogio Damasi. Petro Arcudio Corcyræo in lib. 6. de concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis in septem Sacramentorum administratione. Coriolano in annotat. ad Canones Apostol. Bibliothecâ Gesnerianâ, Carbone de script. sacr. in 3. D. Thoma partem cap. 29. Alphonso Ciacomo in Damaso. Francisco Hallerio in defens. Eccles. Hierarch.
- S. DIONYSIUS, Græcus, patriâ Turrianus apud Calabros Instituti monastici, Papa 26. Romæ anno Christi 261. die 10. Septembris, creatus, scripsit
- Epistolas duas, quas Notis adornavit Binius tom. 1. Concil. Aduersus Arrianas & Sabellianas hæses Commentarium.*
- Item
- Aduersus Paulum Samosatenum hereticum.*
- De situ Orbis librum, ex Fragmentis Luitprandi Ticinensis.*
- Decreta nonnulla apud Gratianum, Carranzam, Iouerium, Barbosam Lusitanum, & alios canonum collectores.*
- * 372 Obiit Romæ anno 272. die 26. Decembris: sepultus est in cœmeterio Calixti. Sedit annos 11. mens. 3. & dies 15. Vacat Sedes mens. 1. & dies 5.
- Omnia Martyrologia eum commemorant, & Breviarium Carmelitarum, quod tanquam de palma fructifera Carmelitana sub ritu duplicis minoris die 19. Ianuarij colit.
- De vita Dionysij præter S. Damasum & alios, consulendi sunt Petrus Thomas Saracenus in *Menologio Carmelitico*, & Cosmas Faellius in suo *Calendario Carmelitano Pisis asserto*. S. Ioannes Damascenus.

De scriptis Dionysij Eusebius l. 7. *hist. Eccl.* S. Hieronymus in *Catal. in Dionysio Alexandrino*, S. Dionysius Alexandrinus in *Epist. ad Dionysium*, S. Athanasius lib. *aduersus Arrianos*, Thomas V Valdensis tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 33. Coccius in *Thefauro*, Genebrardus, Apparatus Posseuini, Bibliotheca Carmelitana *Petri Lucij*, Baronius ann. 261. & 272. Paradifus Carmelitici decoris v. *Dionysius*, Bibliotheca Gesneriana, Alphonfus Ciaconius in *Dionysio*, Andreas Duchesnius *ibid.* Emanuel Roman *de Illustribus viris Ordinis Carmelitarum*, Bibliotheca nostra Carmelitana *ibid.*

S. DEVS DEDIT, vel DEODATVS, Romanus, Papa 70. ann. 614. Ciaconio 613. die 13. Nouembris, Ciaconio Octobris, creatus, & die 21. eiusdem mensis Romæ coronatus, scripsit

Epistolam ad Gordianum Episcopum Hispalensem. Extat tom. 4. *Concil.* tom. 8. *Annal. Baronj*, & apud Gratianum & Iouerium.

Moritur Romæ anno salutis 617. die 8. Nouembris, sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 2. mens. 11. & dies 26.

De hac Epistola testimonia perhibent Iodocus Coccius in *Thefauro Catholico*. Sigebertus in *Chron.* Genebrardus, Gualterus S.I.

E.

SANCTVS ELEUTHERIVS, Cherubino *Abundius Eleutherius*, Neapolitanus, aliis Nicopolitanus, Græcus, Papa 14. anno 179. die 3. Maij creatus, scripsit

Epistolam Decretalem responsoriam ad Galliaë prouincias, quam Notis Binius illustrauit tom. 1. *Concil.* Extat etiam tom. 1. *Epist. Pont. Centuriatores*, V Vhittakerus, Riuetus, & alij eiusdem farinaë adulterinam censent; sed consule Doctores infra nominatos.

Decreta apud Gratianum, & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 194. die 26. Maij: sepelitur in Vaticano iuxta B. Petri corpus. Sedit annos 15. & dies 23. Vacat Sedes dies 5.

De

De scriptis Cresconius in *Collectione Canonum*. Franciscus Turrianus *l. 2. cap. 8. & 9. pro Epist. Pont.* Apparatus Posseni *v. E.* Claudius de Rubys *l. 2. cap. 23. hist. Lugd.* Coccius in *Thefauro*. Ekius *l. 2. cap. 10.* Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ.* Duchesnius in *Eleutherio*. Camusius *ibid.* Coriolanus *ibid.* Gesneri Bibliotheca, Cardinalis Baronius, Platina, Ciaconius, Bordinus, Franciscus Hallerius in *defensione Ecclesiastica Hierarchie.*

S. EVARISTVS, Bethleemitanus, natione Syrus, Papa 6. anno 112. die 27. vel 26. Iulij creatus, scripsit *Epistolas duas, tom. 1. Concil.* cum Notis Binianis, etiam in *Collectionibus* Lamberti Gruteri, & Francisci Iouerij, Magdeburgenses, V Vhittakerus, Riuetus & alij hæretici fictitij reputant; sed perperam, vt constat ex eruditissimorum virorum testimonijs.

Decreta apud Gratianum, Iuonem, Burchardum, Cresconium, Isidorum Mercatorem, & alios. Leguntur etiam cum reliquis Pontificum decretis Coloniae excusis.

Martyrij etiam gloriam consequutus est Romæ anno 121. die 26. Octobris, sepultus in Vaticano iuxta B. Petri corpus. Sedit annos 9. mens. 3. & diem 1. Vacauit Sedes dies 29.

De Euaristi Epistolis & Decretis Thomas VValdensis *tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 38. & 45. tom. 2. cap. 133.* Coccius in *Thefauro*. Ekius *l. 3. cap. 9.* Petrus Canisius *de Sacrificio Missæ, & matrimonio.* Baronius *ann. 121. num. 2.* Bellarminus *l. 2. de Romano Pontifice, cap. 14.* Genebrardus, Gualterus, Simoneta, Coriolanus, Barbofa, Camusius, Bibliotheca Gesneriana, Ludouicus Carbo *de Scriptoribus sacris in partem 1. summa D. Thoma, cap. 4.* Thomas Beauxamis *tom. 1. Harmonia Euangelica, pag. 179.* Alphonfus Ciaconius in *Euaristo*, Damasus Episcopus Portuensis *ibid.* Platina *ibid.* Ioannes Eusebius S. I. *lib. Stromatum, pag. 286.* Franciscus Hallier in *defensione Ecclesiastica Hierarchie.*

S. EVGENIVS I. patriâ Romanus, Papa 77. anno Christi 656. mense Ianuario Romæ creatus & consecratus ex Andrea Victorello, Baronio verò 655, & Ciaconio 654. reliquit posteritati

Quedam

Quaedam decreta, præsertim, ut Episcopi ad Clericorum scelera castiganda carceres habere possent.

Obiit Romæ anno à Christo nato 657. die 2. Iunij, sepultus ad Sanctum Petrum in Vaticano. Sedit annum 1. mens 4. & dies aliquot, secundum nostram supputationem, secundum Ciacionianam verò annos 2. mens. 9. & dies 14. Vacat Sedes mensem 1. & dies 27. vel 29. aliis mens. 2. dies 28.

De Decretis Eugenij Raphael Volaterranis, supplementum Chronicorum Iacobi Philippi Bergomatis Augustiniani, Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis, Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Eugenij I.*

S. EUGENIVS II. Romanus, Papa 101. anno 824. die 16. Martij creatus, & 21. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas duas, vna ad S. Bernardum Archiepiscopum 50. vel 52. Viennensem, extat in Bibliotheca Floriacensi Antiquitatibus Viennensibus Licurai, & tom. 9. Annal. Baronij ann. 827. num. 2. Altera sub eius nomine à Pseudo conuentu Parisiensi ad Michaëlem Imperatorem de cultu Imaginum directa, censetur spuria.

Decreta apud Gratianum; sed consule Baronium ann. 826. num. 7.

Moritur Romæ anno 827. die 11. Augusti: sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit ann. 3. mens. 4. & dies 11. Vacat Sedes diem 1. ex Duchesnio, aliis 40. aliis 30.

De Epistolis Iacobus Seuertius *in Bernardo Archiepiscopo Viennensi.* Iodocus Coccius *in Thesauro.* Henricus Spondanus post Baronium, *in Eugenio.*

B. EUGENIVS III. antea Petrus Bernardus, Vicedominus, Pisanus, Ordinis Cisterciensis, Papa 166. anno 1145. die 25. vel 27. Februarij, creatus, & 4. Martij in Monasterio Farfensi consecratus, scripsit

Epistolas quamplurimas ad diuersos. Quaedam leguntur tom. 7. Concil. tom. 2. Annal. Cisterc. tom. 12. Annal. Baronij in historia Guilielmi Nangiaci. Codice MS. Thuano, Ministro Fidei Ioannis Balduini Gallicè Parisiis 1640. edito. Bibliothecâ Victorinâ, Andreas Duchesnius eas MSS. possidebat, ut colligo ex Eugenij vita.

Quatuor eius Concilia tom. 7. *Concil. cum Notis Binianis.*
Decreti compilationem à Gratiano faciendam curavit.

Moritur Tybure anno 1153. die 8. Iulij, tandem eius sacrum corpus Romam delatum, ac sepultum in Basilica Vaticana B. Petri, miraculis coruscans.

Cuius Epitaphium tale est apud Angelum Manrique tom. 2. *Annal. Cisterc. anno 1153. cap. 5. num. 10.* ex Collectore *Chronici Belgici* desumptum.

Hic iacet Eugenius defunctus : cerne sepulchrum,

Cui pia cum Christo vivere vita fuit.

Pisa virum genuit, quem Claravallis alumnum

Exhibuit, sacra religionis opus.

Hinc ad Anastasij translatus Martyris adem:

Ex Abbate, Pater summus in Orbe fuit.

Eripuit solemne iubar, mundi que decorem,

Iulius, octavum Sole ferente diem.

Sedit annos 8. menses 4. & dies 13. Vacat Sedes diem 1.

Martyrologia Monasticum, & Gallicanum, item & Menologium Cisterciense eum commemorant.

De rebus gestis præter Auctores Pontificales consulendi sunt Anonymus *in Vaticano.* Chrystostomus Henriquez *in fasciculo Sanctorum Ordinis sui.* & libellus *miraculorum Eugenij,* quem possidebant MS. DD. Nicolaus Camuzatus, Trecentis, & Andreas Duchesnius, S. Bernardus, Hugo Cardinalis, Otho Frisingensis, Angelus Manrique tom. 1. *Annal. Cisterc.* Bernardus Montalbus, Petrus Manlius, Martinus Polonus, & alij.

De Epistolis Eugenij testes sunt S. Bernardus *in Epist. ad Eugenium.* Sudgerus Abbas Sandionysianus *ibid.* Petrus Cluniacensis *ibid.* S. Hildegardis *ibid.* S. Macarius, Scotus, Abbas r. Herbipolensis *ibid.* Hugo Archiepiscopus 68. Senonensis *ibid.* Ioannes Episcopus Maclouienensis *ibid.* Otto Episcopus Frisingensis l. 1. cap. 61. l. 7. cap. 31. & lib. 11. Guilielmus Neuburgensis l. 1. cap. 19. *hist. Annal. Chartularium monasterij Paracliti.* Chronicum Bambergense. Theodorus Abbas *in vita S. Hildegardis.* Petrus le Iuge *in historia S. Genovesæ Parisina.* Ioannes Picardus *in notis ad Epistolas S. Bernardi,*
 Philippus

Philippus Haruengius, Abbas Ord. Præmonstr. in *Epist. ad Eugenium III.* Fridericus Imperator *ibid.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Biblioth. Præmonstrat.* Alanus *lib. 3. vitæ cap. 4.* Carolus Sigonius *de Regno Italia, lib. 11.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Eugenij II.* Ioannes Pagæus *lib. 1. Bibliotheca Præmonstratensis.*

EUGENIUS IV. antea Gabriel Condolmerius, Venetus, Ordinis Canonorum sæcularium S. Georgij de Alga, Papa 208. anno 1431. die 3. Martij creatus, & die 11. eiusdem mensis Romæ in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas & libellum aduersus Concilium Basiliense, tom. 7. Concil. Binij in Appendice. Extabant MSS. apud Marcum Drefferum ex *Gesneri Bibliotheca*, & Romæ in Archiuo secreto Vaticani.

Aduersus Boëmos Hussitas hereticos.

Decretum de vnione Græcorum cum Latinis. Suprà quod scripsit *Apparatum* Ioannes de Turrecremata Cardinalis, Dominicanus *tom. 8 Concil.* & Patauij MS. in Musæo Benedicti Saluatici ex Tomafino.

Constitutiones Ecclesiasticas, in Collectione Romana 1579. & Bullas in *Bullarijs.*

Concilium eius Florentinum OEcumenicum. Extrat *tom. 8. Concil.* cum Notis Binianis Græcè & Latinè, Interprete Bartholomæo Abramo Cretenfi, Episcopo Ariensi. Prodiit etiam cum Notis *Horatij Iustiniani Bibliothecarij Pontificij*, in fol.

Epistolas varias. Leguntur *tom. 7. Concil.* in Concilijs Basiliensi, Florentino, & Frisingensi, cum *Epistolis Synodalibus*, ad Eugenium & Esaia Patriarchæ Hierosolymitani. Ei etiam, teste Coccio, scribit, Nicodemus Abbas Æthiops, Iulianus Cæsarinus Cardinalis, & Albertus Sartianus, Mediolanensis, Franciscanus. Eius Epistola ad Ioannem Palæologum, Orientis Imperatorem, extat Græcè & Latinè, in *Bibl. Heidelbergæ*, cui additum exemplum excommunicationis Græcorum factæ tempore Nicolai Papæ. Quædam Epistolæ Eugenij MSS. leguntur *lib. de gestis Concilij Ferrariensis & Florentini.* Ioannis Leonis Dominicani Romæ olim in Bibliotheca Eminentiissimi Card. Biscia asseruato.

Moritur Romæ anno 1447. die 23. Februarij: sepelitur
in Bibliotheca Vaticana S. Petri cum sequenti Epitaphio, ex
Ænea Syluio desumpto.

*Eugenius iacet hic quartus, cor nobile cuius
Testantur vitæ splendida facta sua.
Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,
Alter ab occasu Cæsar uterque pedes.
Alter ut accipiat fidei documenta Latina,
Alter ut iurato cingat honore caput.
Quo duce & Armenij Græcorum exempla secuti
Romanam agnorunt, Æthiopesque fidem.
Inde Syri ac Arabes, mundique è finibus Indi:
Magna, sed hæc animo cuncta minora suo.
Nam valida rursus Teucros iam classe petebat,
Dum petit ast illum sustulit atra dies.
Qui semper vavos mundi contempsit honores,
Atque hæc impressa condite, dixit, humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille galero,
Non hoc Franciscus stirps sua clara tulit:
Susceptique memor meriti, tam nobile, quod nunc
Cernis tam præstans, surgere iussit opus.
Aliud quod legitur Romæ in claustrum Canonicorum sæ-
cularium S. Saluatoris, Congregationis S. Georgij de Alga
Venetiæ, vbi eius antiquum sepulchrum marmoreum à
Vaticano in hunc locum translatum, curâ Canonicorum.*

Memoriæ Eugenij IV. Papæ.

*Vrbs Venetum dedit ortum, quid Roma? Vrbs & Orbis
Iura dedit, cælica regna Deus.
Sedit annos 15. menses 11. & dies 21. Vacat Sedes dies 11.
Præter Auctores communes de Romanorum Pontificum vi-
ris, legendi sunt Ioannes le Jeune, Cardinalis, eius etiam vite
scriptor, & Æneas Syluius in oratione de Eugenij IV. morte, &
Ioannes de Vefalia, Amedeus Pacificus, Didacus de Ro-
ferio, Responso Synodalis Basiliensis, Ioannes de Turrecre-
mata, Iulius Cardinalis, Ioannes Leo,*

De

De Eugenius scriptis, Henricus Ludouicus Castaneus, Rupipozeus in *Cardinalium Nomenclatura*. Apparatus facer Possenini v. E. Iodocus Coccius in *Thesauro*. Iacobus Auzolius in *sancta Chronologia*. Genebrardus *ibid.* Antonius Corduba in *annotationibus ad Compendium priuilegiorum Alphonsi de Casarubios Hispani*. Lucas VVadingus in *Registro Pontif. tom. 5. Annal. Minor.* Bzouius in *Annal. Eccles.* Ludouicus Carbo Perusinus de *Scriptoribus sacris in D. Thomam*. Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium in vita Eugenij IV.* Gabriel Pennottus in *hist. Canon. Regul. S. August.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliotheca Pramonstratensis.*

S. E V S E B I V S, Græcus, Papa 32. anno 309. die 5. Februarij creatus Romæ, scripsit

Epistolas Decretales tres, leguntur tom. 1. Conc. Binij, & in collectionibus Cardinalis Caraffæ, Francisci Iouerij, Lamberti Gruteri, & aliorum.

Eius *Decreta* habes apud Iuonem Carnotensem, Isidorum Mercatorem, Burchardum VVormatiensem, Codicem quinque librorum, Gratianum, Barbosam, & alios Canonistas.

Obit Romæ anno salutis 311. die 26. Septembris: sepultus est in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit, ex Indice Cresconiano, annos 2. menses 8. dies 26. Vacat Sedes dies 7. Memoratur in Martyrologiis.

De *Epistolis & Eusebij Decretis*, Genebrardus *l. 3. Chron.* Baronius *ann. 309. & 311.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. c. 14.* Iacobus Gualterus *fac. 4. col. 2. verit. 7. §. 2.* Coccius in *Theaur.* Thomas VValdensis *tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 45.* Ioannes Ekus de *Primatu Petri*. Carranza in *summa Decret.* Coriolanus in *summa Conciliorum*. Bibliotheca abbreviata *Gesneri*. Alphonsus Ciaconius in *Eusebio.*

S. E V T Y C H I A N V S, natione Tuscus, patriâ Lunensis, Papa 28. anno 275. die 4. Iunij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, Notis Binianis illustratas tom. 1. Concil. & in collectionibus Cardinalis Caraffæ, Iouerij, Gruteri, & aliorum.

Decreta eius etiam habentur apud eosdem Canonum Collectores, & cum aliis Pontificum *Decretis* Coloniae editis.

Martyrio coronatur Romæ anno Christi 283. die 8. Decembris: sepelitur in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit annos 8. menses 6. dies 4. Vacat Sedes dies 9.

Epistolæ Eutychni & Decreta memorantur à Generardo Archiepiscopo Aquensi *l. 3. Chron. Iuone l. 3. 4. & 6. Burchardo l. 5. c. 25. Gratiano in Decreto. Baronio ann. 275. & 283. Volaterrano l. 22. Antropologia. Iodoco Coccio in Theſauro cathol. Iacobo Gualtero ſæcul. 3. col. 1. & 5. verit. 1. Duchesnio in Eutychno. Coriolano *ibid.* Camuſio *ibid.* Bordino *ibid.* Iofia Simlero Abbreviatore *Bibliotheca Gefneriana.* Ludouico Carbone, Peruſino Theologo *in partem 3. D. Thoma, cap. 29.* Ioanne de Carthagena Franciſcano *lib. 5. homil. 17. de ſacris arcanis Deipara,* Alphonſo Ciaconio *in Eutychno.* Baptiſtâ Platinâ *ibid.* Onuphrio Panuino *ibid.* Papyrio Maſſo-
no *ibid.* Baptiſtâ à Glano *ibid.**

F.

SANCTVS FABIANVS, Romanus, Papa 21. anno gratiæ 238. die 16. Ianuarij creatus, ſcripſit

*Epistolæ Decretales tres. Extant tom. 1. Epistol. Pontif. tom. 1. Concil. Binij, & in collectione Ioannis V Vendelſtini, Francofurti 1526. in 4. edita. Sed, teſte Poſſeuino, ei quæ adſcribitur Episto-
la ad omnes Eccleſiæ comminiſtros omnino ſpuria eſt, niſi in ea corrigatur, quod de Nouato & Nouatiano ſcri-
ptum eſt, quod quidem à ſciolo quodam ſuperadditum exi-
ſtimauit non ſolus Cardinalis Baronius *Annal. tom. 2. ann. 253.* cum aduentum Nouatiani Romam Eusebius ponat primo Cornelij anno. Quin & Epistolam ſecundam, in qua agit Fabianus de chrismate conſecrando ſingulis annis ſer. 5. in Cœna Domini, aliqui apocrypham eſſe opinantur. vide Bellarminum Cardin. *de ſacramento Confirmationis, cap. 8.* hætenus Poſſeuinus. Conſule pariter Binium in notis ad has Epistolæ loco cit.*

Decreta Fabiani extant apud Iuonem l. 1. 3. 6. & 7. Gratianum, Carranzam, Barboſam & alios.

Hic

Hic vitam mundi contemnens, peruenit ad præmia regni, per coronam martyrij anno 253. die 20. Ianuarij. Primum sepultus in cœmeterio Callisti, deinde sacra eius pignora, magnâ cum veneratione à Sergio iuniore, aliàs secundo Papa in titulum Equitij, seu Ecclesias SS. Syluestri & Martini de Montibus apud Carmelitas translata, vt peruetus testimonium habetur ex tabula marmorea ibidem ad cornu Euangelij vsque in hunc diem asseruata. Sedit annos 15. mensem 1. & dies 5. Vacat Sedes menses 3. ad minus, supra annum integrum, vt constat ex Epistola 55. S. Cypriani Martyris ad Cornelium scripa.

De rebus gestis, Menologium Græcorum, Auctores vitarum Pontificarum.

De scriptis testimonia perhibet Damasus in eius vita, Platina ibid. Baptista à Glano ibid. Duchesnius ibid. Massonus ibid. Tempesta ibid. Camusius ibid. Coriolanus ibid. & in annotat. ad Canones Apostolor. Eusebius Cæsariensis l. 6. hist. Eccles. Petrus de Natalibus l. 2. cap. 105. Simoneta l. 3. cap. 22. Genebrardus l. 3. Chron. Volaterranus l. 22. Antropol. Thomas VValdensis tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 36. & tom. 2. de Sacramentis cap. 113. Coccius in Thesauro. Petrus Canisius de sacrificio Missæ. Ioannes Ekius, Sueuus l. 2. cap. 10. & l. 3. cap. 18. Petrus Cotton l. 3. Instit. Cathol. cap. 41. Ioannes Antonius Velasquez, Abulensis S. I. tom. 1. Comm. in Epist. ad Pilipp. cap. 1. v. 1. Iacobus Gualterus secul. 3. col. 1. & 5. verit. 1. §. 7. & 12. §. 4. Apparatus sacer Possenini. Petrus Ribadeneira in eius vita. Bibliotheca abbreviata Gesneriana, Ludouicus Carbo de sacris scriptoribus in 3. part. D. Thoma, cap. 32. de Sacramentis in communi, §. de confirmatione. Alphonfus Ciaconius in Fabiano, Paulus Scherlogus S. I. Comment. in Cantica Canticorum, pag. 480. Iacobus Gretserus contra Plessæum, Cardinalis Bellarminus de sacramento Confirmationis, cap. 8. Franciscus Hallerius in defens. Eccles. Hierarch.

S. FELIX I. Romanus, Papa 27. anno 272. die 31. Decembris creatus, scripsit

Epistolas Decretales quatuor, quas eruditissimus Binius Notis tom. 1. Concil. illustrauit. Duas tantum habet Iouerius

in sua collectione Parisiis edita. Quædam Epistolæ Felicis extant MSS. in Archiuo Arelatensi; at an sint primi, vel secundi, hæctenus est mihi in obscuro.

Decreta apud Iuouem l. 4. Gratianum, Binium, Carranzam, Dominicanum, Barbosam, & alios quamplurimos.

Martyrio coronatur Romæ anno 275. die 30. Maij: sepultus est in cœmeterio suo, in propriâ Basilicâ, quam viuens construxerat, viâ Aureliâ. Sedit annos 2. mens. 5. minus d. 1. Vacat Sedes dies 5.

Eius vita legitur apud auctores de *uiris SS. & Romanorum Pontificum*.

Eius Epistolæ memorantur à S. Cyrillo Patriarcha Alexandrino *contra Nestorium, & in Apologia*, & Vincentio Lerinenfi *lib. aduersus hereses, cap. 42.* Concilio Chalcedonensi *act. 1.* Vnde corrigendus est Eminentissimus Cardinalis Baronius in *Notis ad Martyrologium* die 30. Maij num. 1. dicens, in Actis Concilij Ephesini, à semetipso diuersari videtur; quia in *Annal. Eccles. ann. 275. num. 1.* asserit in Concilio Chalcedonensi, vt veriùs; nisi iam emendatum fuerit in noua editione Romana Vaticana, Thoma VValdensi Carmelita *tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 58.* Antonio Caraffa Cardinali *tom. 1. Epist. Pontif. Coccio in Thesauro. Alphonso Salmerone tractat. 63.* Genebrardo *l. 3. Chron. Volaterrano l. 22. Antrop. Petro Canisio de Missæ sacrificio. Iacobo Gualtero secul. 3. col. 1. & 5. verit. 1. §. 10. 2. §. 5. 8. §. Francisco Longo à Coriolano pral. 7. summa Concil. pag. 34. & 68. & in annotat. ad Canones Apostolorum, Alphonso Ciaconio in Felice I.*

S. FELIX II. Romanus, Papa 38. anno 357. die 26. Aprilis, creatus, tempore tandem Liberij legitimi Summi Pontificis, tunc temporis à Sede Apostolica à Constantio Imperatore Arianorum fautore, deiecti, scripsit

Epistolas tres; quarum duæ tantùm leguntur tom. 1. Epistol. Pontif. & tom. 1. Concil. General. Binij, vnà cum Epistola S. Athanasij, & aliorum Ægyptiorum Pontificum ad Felicem de Arianorum infestationibus. Gallus noster Iouerius tandem, sic in Collectione, loquitur de tertia. Extat & tertia Epistola huius Pontificis, ad quos supra (nempe ad Episcopos Ægyptios)
quæ

quæ cum nihil decretale habeat, sed duntaxat cohortationem ad sufferentiam æquanimem persecutionum & tribulationum, quæ ab inimicis inferuntur, & ut inuicem mutuo sibi amore fraterno succurrant, Deoque vindictam relinquunt, & eiusmodi quædam satis proluxa, non est visum nobis eam hic adscribere, ne volumen in immensum turgescat. hæc Iouerius.

Decreta apud Iuonem Episcopum Carnotensem l. 4. Gratianum, Barbofam & alios Canonistas.

Martyrij palmam adeptus est Romæ anno 358. die 29. Iulij, sepultusque in Æde SS. Cosmæ & Damiani, quæ nunc est Franciscanorum Conuentualium, quam ipse viuens adornauerat: nam olim Templum erat, Romulo & Remo fratribus Romæ fundatoribus dicatum; vbi repertum sequens fuit Epitaphium supra arcam marmoream anno 1582. his verbis.

Hic iacet corpus S. Felicis Papæ & Martyris, qui Constantium hæreticum damnauit.

Tamen Patauium nunc gloriatur se illud sacrum Felicis II. corpus possidere in Ecclesia S. Antonij Franciscanorum Conuentualium, in Sacello eius nomini dicato. Sedit annum 1. mens. 3. & dies 3.

Martyrologia S. R. Ecclesiæ, Vandelberti Diaconi, Bedæ, Adonis, Vfuardi, & Maurolici, eius martyrij commemorationem ad prædictum diem celebrant, & S. Gregorius Magnus in *Antiphonario*, & *Sacramentario*.

De eius rebus gestis omnes auctores, qui de *Sanctis & Romanis Pontificibus*, scripserunt, consule etiam Gretserum in *defensione Cardinalis Bellarmini*.

De scriptis Felicis II. Coccius in *Thesauro Catholico*. Ioannes Ekius de *Primatu Petri*. Genebrardus in *Chron*. Iacobus Gualterus *sec. 4. col. 2.* Carranza in *summa Decretorum*. Alphonsus Ciaconius in *Felice II.* Baronius *Cardinalis tom. 3. Annalium*.

S. FELIX III. Romanus, Papa 50. anno Christi 483. die 8. Martij Romæ creatus & coronatus, scripsit

Epistolas octo, quas Notis eruditis decorauit Seuerinus Binius *tom. 3. Concil.* cum tribus eius Conciliis. Alias etiam scripsit; sed nobis ignotas. Ei scripserunt Epistolas Zeno Imperator

K

rator

rator & Anastasius Patriarcha Hierosolymitanus ex Iodoco Coccio.

Decreta extant apud Gratianum, Carranzam, Barbosam, & alios Decretorum collectores.

Obiisse dicitur anno 492. die 25. Februarij, non verò 30. Ianuarij, vt annotat Claudius Robertus in sua serie Romanorum Pontificum: in Basilica S. Pauli extra muros sepultus.

De scriptis Euagrius *l. 2. c. 18. 19. & 25.* Liberatus Diaconus in *Breuiar. cap. 18.* Ioannes Zonaras, Monachus Græcus in *collect. Canon. & Concil.* Cresconius *ibid.* Antonius de Aquino *ibid.* Iouerius *ibid.* Quintianus Episcopus Asculanus in *Epistola ad Petrum Fullonem Episcopum Antiochenum.* Baronius anno 483. num. 3. & 4. 484. num. 2. & 3. 487. num. 1. Sigebertus in *Chron.* Basiliius Cilix in *sua historia Ecclesiastica.* Coriolanus in *Breuiar. Chronol. Apparatus sacer Possesini v. T* Gaulterius S. I. *sec. 5. col. 1. & 5.* Iosias Simlerus Abbreuiator *Bibliotheca Gesneriana.* Ioannes Episcopus Alexandrinus in *libell. Felici oblato.* Anastasius S. R. E. Bibliothecarius in *Felice III.* Platina *ibid.* Ciaconius *ibid.*

S. FELIX IV. natione Samnita, patriâ Beneuentanus, Papa 56. anno 526. die 24. Augusti creatus, scripsit

Epistolas tres. Extant *tom. 1. Concil.* cum annotatiunculis Binij *tom. 1. Epist. Pontif.* vnicam habet Iouerius.

Eius *Decreta* apud Iuonem Carnotensem *lib. 2.* Gratianum, Burchardum & alios.

Moritur Romæ anno 530. die 12. Octobris: sepeliturque in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annos 4. mens. 1. & dies 18. Vacat Sedes dies 3. de eo reperio sequens Epitaphium:

Certa fides, iustis caelestia regna patere,

Antistes Felix qua modò latus habet.

Prelatus multis, humili pietate superbis,

Promeruit celsum simplicitate locum.

Pauperibus largus, miseris solatia prestans,

Sedis Apostolica crescere fecit opes.

De Felicis IV. Epistolis Gennadius Massiliensis *de script. Ecclæs. cap. 86.* Genebrardus *lib. 3. Chron.* Thesaurus Catholicus

aus Coccij. Bellarminus *l. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Baronius 526. & 530. Iacobus Gualterius, vel Gualterius *saecul. 6. col. 1.* Ioannes Petrus Camusius *in Felice IV.* Coriolanus *ibid.* Duchesnius *ibid.* Alphonfus Ciaconius *ibid.* Franciscus Hallerius *in defensione Ecclesiastica Monarchia.*

S. FORMOSVS, Italus, Papa 113. aliis 114. anno 891. die 27. Maij creatus, scripsisse comperio

Epistolas varias; quarum duæ dumtaxat leguntur *tom. 7. Concil. cum eius Concilio Romano apud Binium.* Altera verò *in histor. Remensi Flodoardi lib. 4. cap. 2. ad Fulconem Archiepiscopum* 32. Remensem scripta.

Obiit Romæ anno 896. die 14. Decembris: sepultus est in Vaticano. Sedit annos 5. mens. 6. dies 10.

Præter Auctores, qui *de vitis Roman. Pontif.* scripserunt, consule Auxilium illius temporis scriptorem, qui MS. extabat apud Ioannem Massonem Papyrij fratrem, & Luitprandum Ticinensem.

De Epistolis testimonia dant Guilielmus Malmesburiensis *lib. 1. de gestis Pontif. Anglia.* Coccius *in Thesauro.* Baronius *tom. 10. Annal.* Possseuinus *v. A. Flodoardus citatus.* Alphonfus Ciaconius *in Formoso.*

G.

SANCTVS GELASIVS I. natione Apher, Papa 51. anno gratiæ 492. die 2. Martij creatus, & consecratus, scripsit

Epistolas varias, licet tamen pauca ad Auctorum cognitionem peruenerint. Nam tredecim tantum habet Seuerinus Binius *tom. 3. Concil. cum notis*, quas ex Codicibus Vaticano & Arelatensi desumpfit.

De Anathematis vinculo librum. Extat *tom. 3. Concil.* quem commentati sunt Doctor percelebris Augustinus Barbosa Lusitanus IC. & Protonotarius Apostolicus *in suis Collectaneis Doctorum in part. 1. Decreti dist. 15. cap. 3.* & Didacus Couarruias *lib. 4. variarum resolutionum.*

Apologiam aduersus Andromachum Senatorem, ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant, tom. 3. Concil. & in Annal. Baronij ann. 496. num. 30. & seqq.

Aduersus Gracos tractatum. Parisiis studio Iacobi Sirmondi S.I. Theologi, & Regis Christianissimi à confessionibus.

Dieta aduersus Pelagianam heresim, tom. 3. Concil.

Varia Decreta Ecclesiastica leguntur apud Cresconium, Isidorum, Iuonem, Gratianum, Iouerium, Carranzam, Barbofam, Burchardum & alios.

Profas & hymnos Ecclesiasticos varios, quibus utitur Ecclesia Romana.

Aduersus Arium Hæresiarum, lib. 2.

Orationes Sacramentorum, seu Missæ, & Præfationes decem, nempe communem (Verè dignum & iustum, &c.) Natiuitatis, Epiphaniæ, Quadragesimæ, Crucis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, & Apostolorum. Ex vita ipsius desumpta ex officio proprio monasterij S. Ioannis de Vineis Sueffionensis Ordinis S. Augustini, quam refert in suo Choro Sanctorum & Beatorum diuersarum nationum, part. 2. R. P. Benedictus Gononus.

Orationes graues.

Epistolas ad amicos & domesticos, non minus graues, quam doctas.

Aduersus Nestorium & Eutychem Hæresiarum, libros 5. Multi contendunt hos libros eosdem fore ac librum de duabus naturis aduersus eosdem hæreticos conscriptum, sub Gelasij Papæ nomine; alij sub nomine Gelasij Cizici; alij Gelasij Casarea Palaestina Episcopi. Cardinales enim Bellarminus, de script. Eccles. & Baronius tom. 6. Annal. ann. 496. Melchior Canus, Hispanus, Episcopus Canariensis Ord. Præd. Posseninus in Apparatu sacro v. G. Binius in Notis ad vitam Gelasij, & alij nonnulli recentiores hoc opus acriter contendunt non esse Gelasij Papæ. E contra verò S. Fulgentius Episcopus Ruspensis respons. 2. ad Ferrandum Diaconum, Anastasius Bibliothecarius in Gelasij vita, Margarinus Bignæus tom. 4. Bibl. Patrum, Henricus Spondanus Episcopus Apamiensis, in

ANNO

annotatiuncula ad annum 496. num. 1. & alij hoc opus *Gelasij* *Pape* indubitatum fore asserunt. Vnicum duntaxat auctorem reperio, nempe *Iosephum Pamphilium*, Episcopum Signinum, Augustinianum hoc opus *Ioanni Pape*, tribuentem pag. 22. *Chron. Augustin.* Prodiit tandem variis in locis sub *Gelasij Pape* nomine, Basileæ 1528. Tiguri apud Froschouerum 1557. & Parisiis tom. 4. *Biblioth. Patrum.* Suffridus Petrus, Leouardensis Frisus IC. tribuit etiam hoc opus *Gennadio*, vt patet in *prafatione ad Gennadium*; sed perperam, vt annotat *Posseuinus v. G.* Extant MSS. in Vaticano.

Eius Concilia Romana habentur tom. 3. *Concil. cum Notis Binij & Frontonis Ducis S. I.* qui ex Codice correcto *Virdu-nensi* dedit. *Dionysius Exiguus* acta secundi Concilij è Græco in Latinum vertit.

Moritur Romæ anno Verbi incarnati 496. die 21. Nouembris, sepelitur in Basilica Vaticana B. Petri. Sedit annos 4. menses 8. & dies 20. Vacat Sedes dies 7.

Eius eximia sanctitas celebratur in Martyrologiis, diuersimodè tamen. nam Martyrologium Romanum die 21. vt certius, illud *Bedæ & Vsuardi die 19.* & illud tandem *Abbatis Maurolici die 19.*

Eius vita extat MS. in Vaticano; sed quis fuerit auctor, nihil comperti habeo, etiam apud *Benedictum Gononum.*

De *Gelasij* scriptis *S. Gregorius I. l. 7. epist. 63.* *Vigilius Papa in Decreto de tribus capitulis.* *S. Zacharias Papa in Epistola responsua ad Pepinum Regem & Episcopos Francia.* *Nicolaus I. in Epist. ad Michaëlem Imperat.* *Faustus Officiorum Magister & Gelasij Legatus in Epist. ad Gelasium.* *Capitularium regni Francorum l. 5. cap. 167.* *Rodolphus Tongrensis de can. obseru. prop. ult.* *Thomas VValdensis tom. 2. de Sacramentis.* *Ekius de Primatu Petri.* *Coccij Thesaurus, Gennadius in Catal.* *Honorius Augustodunensis ibid.* *Trithemius, Posseuinus, Molanus, Fabianus, Iustinianus, Ludouicus Carbo, Sigebertus, Coriolanus, Volaterranus, Gualterus, Draudius, Clessius, Bolduanus, Bellarminus & lib. 2. de Rom. Pont. cap. 4. & 14.* *Petrus Cotton l. 2. Institut. Christ. cap. 13.* *Petrus Saxius in Eonio Archiepiscopo 19. Arelatensi.* *Claudius Robertus ibid.*

Genebrardus, Iacobus Auzolius, Camusius, Philibertus Fe-
sayus, Carmelita in *Chronogico Indice, qui de Incarnatione scri-*
pserunt. Petrus de Marca, Senator Nauarræ l. 1. de *Concordia*
Sacerdotij & Imperij. Bibliotheca Gesneriana, Theatrum vi-
tæ humanæ lib. 1. v. *Theologi*. Amulo Lugdunensis Archie-
piscopus in *Epistola ad Theobaldum Episcopum Lingonensem*, è
Trecis Lugdunum ad nos transmissa, hoc mense Augusti 1642.
per Cl. D. Nicolaum Camuzatum, Ciaconius in *Gelasio*, Cassio-
dorus de *diuinis lectionibus*, cap. 8. Andreas Victorellus in *addit.*
ad vitam Gelasij I. Petrus Gyenois Bituricensis in *indice om-*
nium Pontificum Romanorum, quorum scripta & testimonia in
collectione Decretorum Gratiani citantur. Albertus Pighius lib. 4.
cap. 13. *Hierarch. Eccles.* Franciscus Hallier in *defens. Eccles.*
Hierarchia.

GELASIVS II. antea Ioannes Caietanus, natione Campa-
nus, Ordinis S. Benedicti, Papa 160. anno 1118. die 22. Ia-
nuarij creatus, scripsit ad Ioannem Cardinalem auuncu-
lum suum.

Passionem S. Erasmi Caietani Episcopi & Martyris. Prodiit
Romæ 1639. in 4. operâ R. D. Abbatis Constantini Caietani,
cuius beneficio accepimus, cum *vita Gelasij*, ab ipso commen-
tariis amplissimis illustrata.

Passiones SS. Erasmi, Anatholia & Cesarij versu Heroico,
ibidem.

Contra Henricum Imperatorem, ex Petro Diacono Cassi-
nensi.

Epistolas varias; quarum quinque refert Binius tom. 7. *Con-*
cil. ex Chronico Hispanico, Guilielmo Malmesburiensi, &
Baronio tom. 12. *Annal. ann.* 1118. & 1119. vnâ cum eius
Concilio Viennensi anno 1119. celebrato. præterea

Registrum Paschalis II. Papæ eius prædecessoris composuit.

Moritur in Monasterio Cluniacensi diœcesis Matisconen-
sis anno 1119. die 29. Ianuarij: ibidemque sepelitur ad in-
troitum chori cum sequenti Epitaphio à Petro Pictauiensi
Monacho decantato, his verbis à me sic viso.

Vir grauis & sapiens actu verboque Ioannes,
Cum prius de Monacho pro multa strenuitate

Archè

*Archileuita foret, & Cancellarius Urbis,
 Prasule Paschali meritis ad sydera raptis,
 Promeruit tandem sacram conscendere Sedem,
 Dignus post primum Gelasius esse secundus.
 Sed quia Rege fuit non recipiente leuatus,
 Horrendum fremuit Princeps; & filia dulcis
 More suo profugum suscepit Gallia patrem.
 Si licuisset ei, pro certo crede, sub ipso
 Virtus & pietas, & honestas cresceret omnis,
 Et pax Ecclesia toto floreret in orbe.
 Nam rapuit mors atra virum, cum Pontificatus
 Vix ageret primum Pastor venerabilis annum.
 Bina dies iam restabat cum Cluniacensi
 Dormiit in proprio Romani iuris asylo.
 Hic igitur positus dilectos inter alumnos,
 Cum Patribus sanctis requiescit, & optat ut orbis
 Conditor & iudex veniat quandoque potenter,
 Et cineres lapsos in pristina membra reformet.
 Felix inde nimis semper Cluniace manebis,
 Quod pater orbis, Apostolicus, summusque Sacerdos
 Ecclesia matrisque tua specialis apud te
 Transit ad superos, in te requiescit humatus.
 Nec minus hic etiam felicem credimus illum,
 Cui dedit ipse pius magnus pro munere Christus,
 Ut Monachi Monachum, Patrem quoque pignora chara
 Iugiter aspicerent lacrymisque rigando sepulchrum
 Sacris in precibus specialem semper haberent.*

Sedit annum 1. & dies 4. ex Hugonis Cluniacensis Monachi Epistola ad Pontium 7. Abbatem, sed ex Duchesnio annum minus duobus diebus. Vacat Sedes dies tres.

Vitam Gelasij I. scripsere Pandulphus Pifanus, & Constantinus Caietanus Pifani Commentator, Andreas Sauffayus, Anonymi duo in Vaticano, Petrus Diaconus *lib. Hist. Cassin.* Abbas Ursbergensis, Martinus Polonus, Ioannetus & alij.

De scriptis Gelasij II. loquuntur Petrus Diaconus Cassinensis S. R. E. Cardinalis *in chron. Cassin.* Bibliotheca Cluniacensis, Apparatus sacer Possuini v. G. Iodocus Coccus *in Thesuro*

Thefauro catholico. Rupipozaus Episcopus Pictaviensis in *Nomenclatura Cardinalium*. Arnoldus Vuion in *ligno vita*. Camusius Episcopus Bellicensis in *Gelasio*. Coriolanus *ibid.* Petrus de Marca *lib. 4. cap. 17. & 19.* Alphonfus Ciaconius in *Gelasio II.*

S. GREGORIUS I. cognomento Magnus, Romanus, Monachus, Papa 66. anno 590. die 3. Septembris creatus. Scripsit ad S. Leandrum Episcopum Hispalensem.

Commentaria, seu *Expositionem moralem in Iob lib. 35.* aliis 38. Basileæ 1503. fol. Parisiis 1523. 1572. 1586. & 1605. Antuerpiæ 1572. fol. Venetiis 1543. & 1583. in 4. cum præfatione *Dominici Episcopi Brixienfis.* Romæ 1588. & 1593. Lugduni 1516. 1522. fol. studio *Ioannis Lagreni*, Franciscani, 1530. in 8. & 1540. hæc *Commentaria* in compendium redegerunt S. Odo Abbas 2. Cluniacensis Parisiis 1617. 8. & Simon Monachus Affligemiensis, diœcesis Machliniensis in Brabantia, *Michaël Angrianus*, vulgò *Incognitus*, Carmelitarum Generalis, *Thomas Colbius* Anglus, Carmelita, Episcopus Lesmorenfis & Varfordiensis, & *Augustinus Triumphus*, Anconitanus Augustinianus, hanc expositionem Tabulis adornauerunt; etiam commentariis illustravit *Guilielmus Suthamptonus*, Anglus, Dominicanus ex Pitseo. Exiis tandem commentariis, librum Sententiarum composuit Hedericus, Italus, Benedictinus, sicuti & *Ioannes*, Italus, Abbas etiam Benedictinus, qui asseruatur MS. in Bibliotheca Cassinensi pluteo 2. ad læuam. *Ignatium* Monachum Cassinensem item collegisse è libris moralium D. Gregorij, *flores*, comperio, eisdemque in vnum volumen redigisse, & ibidem *plut.* 8. asseruatum esse. Denique asseruantur in Bibliotheca Benedictinorum Cauesium *Libri 6. MSS. contemplationum*, ex eiusdem Gregorij libris moralium decerpti. hæc *Commentaria* in Iob extant Romæ in Vaticano. Florentiæ apud S. Laurentium, Cæsena, in Bibl. Publ. Oxonia in Anglia, & Parisiis apud Carmelitas plateæ Maubertinae, Stephanus Moreau Abbas S. Iodoci Gallicè vertit. Parisiis 1642. in 4. & S. Zacharias Papa è Latino in Græcum transtulit ex Ciaconio in Gregorio I.

In Cantica Canticorum, Parisiis 1499. & 1605. apud Societatem.

tatem. Venetiis 1561. Romæ 1588. & 1593. Extant MSS. in Medicea Bibliotheca Florentiæ apud S. Laurentium.

In libros Regum lib. 6. Parisiis, Romæ & alibi.

In Genesim commentaria, ex Chronico Bobiensi MS. Romæ apud Abbatem Constantinum Caieranum assertato, cuius beneuolentiâ perlegimus.

In Octotuchum, id est, octo primos sacre Scripturæ libros, ab initio videlicet Geneleos, vsque ad Paralipomenon, ex Ioanne Diacono, Sixto Senensi & Possuino v. *Moyse*, ab inuidis tandem post Gregorij obitum concrematos.

In Ecclesiastem commentaria. Extant MSS. in Bibliotheca Cauensi.

In Prouerbia Salomonis, ibid.

In Sapientiam, ibid.

In Ecclesiasticum.

In septem Psalmos Penitentiales. Parisiis 1499. 1571. & 1605. Venetiis 1561. Romæ 1588. & 1593.

In Ezechielem homilias 22. Parisiis 1511. Romæ, Lugduni, Antuerpiæ, Venetiis, & alibi. Extant MSS. variis in Bibliothecis, præsertim apud Carmelitas Parisienses plateæ Maubertiæ, Florentiæ in Medicea plut. 17. & 18.

Hymnos sacros in sacram Scripturam, ibid.

In Euangelia homilias 40. tam de tempore, quam de Sanctis. Parisiis 1499. 1571. & 1565. in 12. Venetiis apud Peregrinum de Pasqualibus 1493. & 1561. Antuerpiæ 1565. in 12. Romæ & alibi, Secundino Lauretano Episcopo dicatas. Ad has homilias addiderunt Tabulas Thomas Colbius, Carmelita, Anglus, & Ioannes Stamberius eiusdem nationis & Ordinis Episcopus Bangorensis & Herifordiensis. Richardus Conyngton, etiam Anglus Monachus in eas scripsisse librum habetur ex Ioanne Pitseo lib. de Ill. Angliæ Scriptoribus. Extant MSS. in Bibliothecis variis Italiæ, Angliæ, Germaniæ, Galliæ, & alibi: præsertim in nostra Bibliotheca Pariensi Maubertina, Florentiæ in Medicea Latinè & Italicè.

Textus Euangeliorum ab ipso Gregorio ordinatos. Asseruantur MSS. Patauini in Bibliotheca S. Mariæ Prateleæ ex Bibliothecis Patauinis Iacobi Philippi Tomasini. Ex hoc opere

L Alalphus

Alalphus, seu Alulphus, Tornacensis, Benedictinus, collegit
librum exceptionum in nouam Testamentum, quod inscribitur
Gregorianum ex libro 4. Biblioth. Sanct. Sixti Senensis, pag. mihi

191. Extat MS. in Bibliotheca Ecclesiae Cameracensis. Prodiit

Argentina 1516. & Parisiis 4. *Meditationes septem de Passione Domini.*

de *Salutationes ad quinque vulnera Christi.*

Sermones tres, quos habuit coram hospitibus secundum
praeceptum regulae legendi, Monachis Cassinensibus ab eo-
dem S. Gregorio transmissos. Incipiunt: *Pensate fratres cha-
rissimi, ait enim Dominus & Saluator noster, &c.*

Exhortationem eiusdem ad Monachos, cuius initium est:
Recordemini fratres charissimi. Extat MS. Romae in Bibliothe-
ca Aniciana Abbatris Constantini Caietani, & olim apud Ar-
noldum Vuionem, Duacensem, Benedictinum.

Concordiam quorundam locorum sacrae Scripturae. Prodiit Pa-
risiis 1572. in 12. & antea 1571. apud Sebastianum Niuell-
ium. habetur MS. in Bibliotheca Regalis Monasterij San-
Dionysiani prope Parisios, & Cantabrigiae in illa S. Petri

vol. 191. *Pastorale, seu Regulas Pastorales, ad Ioannem Episcopum 38.*

Raennatem, lib. 3. Parisiis 1499, & 1571. Venetiis 1561. 1565.

& 1567 in 8. Basilea 1564. Londini 1529. Rothomagi 1618.

Romae 1588. & 1593. Et Latino in Graecum vertit S. Anastasius

Patriarcha Antiochenus Martyr. In Saxonicum etiam

idioma reddidit *Alfredus Magnus, Anglorum Rex*, ubi praefa-

tionem anteposuit. Prodiit cum versione Anglicana interli-

neari Lugduni Bataurorum 1597. 8. Tabulas huic Pastoralis

adiunxit *Thomas Colbius, Carmelita Episcopus.* Extat MS. Ro-

mae in Vaticano, Florentiae apud S. Laurentium, Semuri apud

Mandubios in Bibliotheca Carmelitarum in fol. Lugduni in

illa D. Stephani Caueti Canonici S. Pauli, Oxoniae, Cantabrig-

giae, & Patavij in diuersis. *Sacramentarium, seu librum Sacramentorum,* quem scholiis

illustrauit *Angelus Rocca Cameris, Augustinianus, ex Sacrista*

Pontificio Episcopus Tagastensis Romae 1597. in fol.

Antiphonarium, Coloniae 1571. studio & opera eruditis-

simi

fimi Iacobi Pamelij Episcopi Audomaropolitani, vnâ cum libro de Sacramentis, Grimoaldi Benedictini Abbatis, & alibi. *Orationes pias*, quarum vna legitur in *Sacerdotali Pij V. Pont. Max.* incip. *Facturus memoriam ante communionem*, &c. Aliæ prodierunt separatim Venetiis 1594. in 12. apud Iuntas, in officio Benedictino B. Mariæ. incipiunt, *O Domine Iesu Christe*, &c.

Dialogorum libros 4. Parisiis 1499. Venetiis 1561. Ingolstadij Græcè 1604. tom. 3. *Antiquarum lectionum*, Vi. Cl. Henrici Canisij, & alibi. Eos à Latino in Græcum fecit S. Zacharias Papa, quos etiam in lucem emisit *Fronto Ducens Burdegallensis*, *Theologus S. I.* vnâ cum *Gregorij vita*. Variis itidem linguis prodierunt Anglicè studio *Alfredi Regis*. Saxonice *Vvrefredi Episcopi Vvignonia*, & *Philippi Vviodunardi Presbyteri*, Germanicè *Adami Vvalasseri Dilingæ* 1471. & *Baltasaris Ostouini S. I. Bohemi* 1602. in 8. Gallicè Parisiis 1601. in 12. postea 1624. in 8. cum notis *Simonis Milleti Benedictini*. In hos Dialogos scripsit *Alfricus Archiepiscopus 26. Cantuariensis*, & *Thomas Colbius, Carmelita, Episcopus*, tabulas, referente *Pitseo*. Extant MSS. in Vaticano Græcè & Latinè. Vienna in Biblioth. Cæsarea Gr. & Lat. Pathmos Insulæ, in mari Ægeo Gr. Augusta Vindel. Gr. Hildebergæ Gr. Romæ, in illa S. Mariæ in Vallicella Gr. in Sfortians Lat. in Carmelitana Semuriensi in 4. Lat. in Cælestina Auenionensi in fol. Lat. Patuij Oxoniæ, Cantabrigiæ, &c. Præfatio quarti libri præfixa est operis initio in Canticum Canticorum *Richardi à S. Victore*, Parisiis in nostra Maubertina, Florentiæ in Medicea pluteo 17.

Responsiones ad undecim interrogationes S. Augustini Anglorum Apostoli. Leguntur in editione Parisiensi Niuelliana, & in altera Ioueriana.

Registrum, seu Exceptiones, vel libros 10. al. 12. al. 13. al. 14. al. & 15. *Epistolarum*. Prodierunt Francofurti cum notis, & Romæ 1591. cum *Margarita Decretalium*, & alibi. Iis indiculum adiunxit *Antonius Carassa S. R. E. Cardinalis eruditissimus*. Extant MSS. Romæ in Biblioth. Vaticani & S. Cæcilie; Patuij in illa S. Ioannis de Viridario, Oxoniæ Collegij noui vo-

lum 177. & omnium animarum vol. 27. Oriolæ vol. 64. Cantabrigiæ in publica vol. 34. 35. & 121. etiam in illa Lunleiana volum. 119. Eius Epistolæ ad Reges Francorum, Reginas, Patricios, Episcopos, & alios illustres in Gallia viros extant in Appendice II. ad tomum I. Historiæ Francorum, ab Andrea Duchesnio Geographo Regio Parisiis, typis Sebastiani Cramoyfi Typographi Regij anno 1636. in fol. Latinè, editæ.

Epistolam ad Monachos Lerinenses de vita S. Honorati Episcopi Arelatensis inc. *Si vera est propositio*, &c. Prodiit Venetiis 1501. apud Iuntas. Non censetur inter legitimas S. Gregorij Epistolæ, vt innuit Posssevinus in *Apparatu Sacro v. G.*

Epistolam alteram ad Marianum ex Vrsiana Bibliotheca depromptam, sub nomine Gregorij Magni prodiisse compertum habemus ex Hieronymo Rubeo Rauennate lib. 4. *hist. Rauenn.* Sed ob commentitia in ea reperta non censetur Gregorij, vt egregiè annotarunt Cardinalis Baronius tom. 8. *Annal. ann. 595.* & Posssevinus in *Apparatu Sacro v. G.*

Confessionem Gregorianam libris 4. digestam, quibus ostenditur, quid Gregorius Magnus ante annos plus minus mille de controuersis hodie fidei articulis senserit. Coloniae apud Arnoldum Quentelium 1597. 8. & 1605. studio Theodori Petrei Campensis, Carthusiani litteratissimi.

S. Gregorij Papa Symbolum MS. Florentiæ in Bibliotheca Medicea pluteo 18.

Concilia 4. Romana & Decreta S. Gregorij, tempore Mauricij, Tiberij & Theodosij Augustorum tom. 4. *Concil. cum Notis Seuerini Biny.* In eius Registro lib. 4. cap. 88. In editionibus Niuelliana 1571. & Romana 1588. & 1593. tom. 5. operum, & alibi.

De Tabulis Donariorum Marmoreis Romæ à B. Gregorio Sanctis Apostolis Petro & Paulo dicatis, librum edidit Angelus Rocca Romæ 1597. fol. typis Vaticanis.

Flores D. Gregorij Papæ cognomento Magni, ex omnibus eius operibus iam recens summo studio & labore selectos, Huberto Scutteputæo Canonico Regulari in Monasterio Bethleemitano extra muros Louanienfes, Concionatore Regio Parisiis

Parisiis 1571. in editione Niuelliana ad calcem operum
& 1572. in 16. Extant MSS. Patauij in Bibliothecis S. Ioannis
de Viridario & Patrum Augustinianorum in 4

De Conflictu vitiorum & virtutum, aliis Animarum librum 1.
à nonnullis falso tribuitur S. Leoni I. Papæ, S. Ambrosio, &
S. Augustino. Cuius mentio habetur *Dialogo* 8. Ioannis Ber-
telsij Abbatis Luxemburgensis in Regulam S. Benedicti, &
apud alios quamplurimos sub nomine Gregorij I. Extat MS.
Mantux in Bibliotheca Benedictiniana, Patauij in illa S. Iu-
stinæ sub titulo *de Conflictu animarum* in 4. Semuri apud Car-
melitas sub S. Ambrosij nomine in 4. Oxoniæ sub S. Augustini
in Biblioth. Magdal. vol. 33. Cantabrigiæ in publica vol. 12.
San Petrana vol. 176. & 191. Collegij Caij 147. 210. & 255.
Lunleiana 107. Gualteri Copi vol. 101. sub nomine *Leonis
Papæ Primi.*

Meditatio S. Gregorij Magni, dicitur asseruari Cantabrigiæ
MS. in Collegio Caij vol. 67.

Compendium Theologicum ex operibus Gregorij confectum
habetur MS. in Bibliotheca Bodleiana vol. 6. & 7.

Opuscula Gregorij Lugduni 1516. Venetiis 1571. in 8.

Omnia opera verò S. Gregorij variis in Topographiis pro-
dière. Nempe Basileæ 1553. 1551. apud Frobenium cum
Indice Vlrici Coccij 1564. fol. Parisiis 1523. 1571. 1586.
apud Sebastianum Niuellium fol. 1605. apud Societatem in
median. fol. sex tomis distributa, & 1619. Lugduni apud
Claudium Cheuallonium 1523. Venetiis 1583. Antuerpiæ
apud Christoph. Plantinianum iussu Sixti V. Pont. Max. 1572.
fol. postea 1615. apud Ioannem Keerbergium, item apud
Petrum & Ioan. Belleros Fratres, Romæ 1588. & 1593.

Nonnulli viri clarissimi in hæc opera scripserunt, quorum
hic damus Catalogum, vt reperire potuimus. In primis

S. Paterius D. Gregorij discipulus, Episcopus Brixienfis ex
omnibus eius scriptis, *libros 3. explanationum in varios vtrin-
que Testamenti locos contraxit.* Prodiert Romæ 1590. cum
Gregorij operibus, vidi MSS. in Bibliotheca nostra Carme-
litana Semuriensi, in Ducatu Burgundiæ in perg. fol.

Guernerus Parisiensis digessit *libros 16. de Allegoricis typis*

nominum ac rerum omnium, quæ in sacris litteris continentur.
Parisiis 1518. apud Petrum Gomoriscium.

Eustachius Lensius, Belga, Abbas Valis-Serenæ Ordinis Præmonstratenfis confecit ex operibus D. Gregorij *librum de significationibus nominum & qualitatibus rerum*, ex Bibliotheca Præmonstratenfi Ioannis Pagæi, aliàs le Paige, Doctoris Sorbonici. Extat MS. apud Monachos Viconienses *ex Athenis Belgicis*, Cl. V. Francisci Siveertij.

Nicolaus Mutius, Venetus, Franciscanus, composuit opus per materias, siue locos dispositum in opera S. Gregorij Magni, teste Possuino in *Apparatu Sacro v. N.*

Angelus Rocca scripsit *Interpretationem obscurarum vocum*, quæ apud S. Gregorium Magnum, præsertim verò in Registro Epistolarum leguntur ex Thoma Gratiano.

Anonymus quidam ex Moralium libris, *Contemplationum libros sex confecit*, incip. *Cum sacri fontis, &c.*

Richardus Conyngton, Anglus Monachus, scripsit *librum in Quadragesimale S. Gregorij.*

Andreas Monachus Græcus finxit S. Gregorium Græcas homilias scripsisse, sed perperam, ut colligitur *ex eiusdem Epistola ad Eusebium Episcopum Thessalonicensem.*

Vlricus Coccius scripsit *Indicem & præfationem in opera D. Gregorij*, Basileæ 1551. Typis Febronianis excusa.

De Liturgia Gregorij Dialogi, vide quid dicemus inferius in Gregorio secundo.

Moritur Romæ anno 604. die 12. Martij, sepelitur primò in extrema Ecclesiæ Vaticana S. Petri porticu, cum sequenti Epitaphio.

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum;

Reddere quod valeas, viuificante Deo.

Spiritus astra petit, lethi nil viri nocebunt,

Cui vita alterius mors magis illa via est.

Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro,

Qui innumeris vixit semper ubique bonis.

Esuriem dapibus superauit, frigora vestis,

Atque animas monitis texit ad hoste sacris.

Imple

implebatque actu, quicquid sermone docebat,
 Effet ut exemplum, mystica verba loqui.
 Angelos ad Christum vertit pietate magistra
 Acquirete fidei agmina gente nova.
 Hic labor, hoc studium, hec tibi cura, hoc Pastor agebas,
 Et Domino offerres plurima lucra gregis.
 Hisque Dei consul factus latare triumphis,
 Nam mercedem operum iam sine fine tenes.

Sedit Beatae memoriae Sanctissimus Gregorius Papa an-
 nos 13. menses 6. dies 8. Obiit 4. Idus Martij Indictione 7.
 anno Dominicæ Natiuitatis D. C. C. C. LXXIIII.
 Apud Petrum Manlium in veteribus monumentis Basili-
 cæ Vaticanæ post Epitaphium sepulchro S. Gregorij inditum,
 hæc de tempore sedis eius, & obitus addita leguntur.

Hic requiescit Gregorius Papa, qui sedit annos tredecim, menses
 sex, dies decem, depositus quarto Idus Martij.

Deinde transfertur à Vaticano in Monasterium St. An-
 dreæ, nunc S. Gregorij Ordinis Camaldulensis, & sub B. An-
 dreæ Apostoli altari collocatur.

Omnia Martyrologia eum commemorant eodem die.

Præter Auctores, qui de vitis Sanctorum & Romanorum
 Pontificum scripserunt, consulendi sunt Paulus Monachus,
 seu Diaconus, & Ioannes Diaconus, ambo Cassinensis, Alfre-
 dus Angliæ Rex, Metaphrastes, Beda, Gregorius Turonen-
 sis, Ioannes Liziardus, Baptista Mantuanus, Arnoldus Vuion,
 Gregorius Polydorus, Gregorius Presbyter, Ioannes Rober-
 ti, Christophorus Varseuicius, Antonius Gallomus, Con-
 stantinus Bellotus, Innocentius III. Papa, Constantinus Cale-
 tanus, Fabius Lernida, Iacobus Accarifus, Callya Carion,
 Henricus Vanden-zype, Thomas de Trufillo, Ioannes Fri-
 dericus, & Ioannes Guilielmus Saxonie Principes & Fra-
 tres, Anonymus Gallus, Angelus Rocca Episcopus Tagasti-
 nus, Andreas Hoyus, Fronto Ducerus, Gaspar de Simernibus,
 Iacobus Locher, Carolus Sigonius.

De S. Gregorij scriptis testimonia perhibent Leo Ostien-
 sis in Chron. Cassin. Raymundus Iordanus Abbas Cellensis,
 vsque in hunc diem Idiota vocatus, in oculo mystico Lugdu-
 ni

ni 1641. edito, opera Theophili Raynaudi S. I. Theologi; Venerabilis Bedae, S. Ildephonsus *de Ill. viris cap. 2.* S. Isidorus *ibid. cap. 27.* Sigebertus 41. & 43. Trithemius, Arnoldus Vuion, Franciscus Vanares, Ioannes Duraclufius, Ioannes Driedo, Genebrardus Coccius, Bellarminus, Possuinus, Gesnerus, Andreas Schottus, Molanus, Carbo, Iustinianus, Sixtus Senensis, Photius, *Cod. 252.* Angeli Roccae Bibliotheca Theologica, Gesnerus, Vincentius Bellouacensis *in speculo hist.* S. Antoninus *in Chron.* Ado Viennensis *ibid.* Petrus Sanjulianus, Balleuraus Decanus Cabilonensis *in Syagrio Augustodunensi*, Vincentius Barralius *in Chronol. Lirinensi pag. 94. 95. & 96.* & alij quamplurimi, quos breuitatis causa omittimus, praesertim omnes, qui Epistolas Gregorio nostro scripserunt, etiam Nicolaus I. Papa, V Valafridus Strabo, Innocentius III. *in Homilijs de S. Gregorio I.*

S. GREGORIUS II. Romanus, Benedictinus, Papa 91. anno Domini 714. die 21. Maij creatus, & 22. eiusdem mensis consecratus Romae, scripsit

Epistolas varias, quarum sedecim annotarunt Nicolaus Serrarius, & Seuerinus Binius *tom. 5. Concil. ex Codice rerum Venetarum* Andreae Danduli Ducis Veneti partim desumptas, & *tom. 9. Annal. Baronij ann. 726.* Duae eius Epistolae ad Leonem Maurum, vel Iconomachum asseruantur MSS. Graece in Biblioth. Heildebergae, & in illa Cardinalis Lotharingae, quas deprompsit & latinas fecit Fronto Ducæus S. I. Theologus.

Capitulare Gregorij II. datum Martiniano Episcopo, Georgio Presbytero, &c. in Bauariam ablegatis; legitur etiam *tom. 5. Concil. Binij* ex Codice MS. membranaceo vetustissimo monasterij Veingarcensis, & ab eruditissimo Marco Velfero D. V. Augustano communicato. Extat MS. in Biblioth. Bodleiana, vt *ex librorum indice* edito, colligo.

Liturgiam etiam composuisse fertur. Extabat Graecè Constantinopoli in Bibliotheca Patriarchali, vnà cum *Liturgijs* SSi Basilij Magni & Ioannis Chrysostomi, teste Antonio Verdero Nobili Gallo Bibliothecario; eam ex Arabico in Latinum vertit Victorius Scialac Arculensis Maronita; sed an hæc

Liturgia

Liturgia sit istius, vel alterius Gregorij, nihil certi habeo.
Eius *Decreta & Concilia* extant *tom. 5. Concil.* cum Notis
Binij, & Frontonis Ducæi S.I.

Ioannes à Bosco Abbas *in Bibliotheca sua Floriacensi* refert
Gregorij II. Epistolam ad Austrobertum Archiepiscopum
Viennensem, sicuti & Ioannes Lieuræus *in Antiquitatibus
suis Viennensibus* pag 181. Sed Iacobus Seuerius in eodem
Austroberto, dubitat, hanc epistolam esse Gregorij Tertij, &
non Secundi. Tamen multi auctores fide digni legitimam
Gregorij II. comprobant. Gregorio scripsit epistolam Syno-
dalem Ioannes Episcopus Constantinopolitanus, hæreticus,
quæ ab eodem Pontifice reiicitur, ex Anastasio, & Baronio
ann. 714.

E vita decessit Romæ anno 731. die 11. Februarij: sepul-
tus est in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annos 16.
menses 9. & dies 20. Vacat Sedes dies 5.

Martyrologia S.R.E. Arnoldi Vuionis, & Hugonis May-
nardi eodem die, eius sanctitatis laudes celebrant.

Præter Anastasium Bibliothecarium, & alios *de Rom. Pont.
vitis*, consule Gregorium Polydorum *in suo Gregoriano*.

De Epistolis Gregorij II. loquuntur Adrianus I. Papa *in
epist. ad Carolum Magnum*, Theophanes *in sua historia*, Ce-
drenus *ibid.* Ioannes Zonaras *in Annal.* Aribo Episcopus Fri-
singensis *in vita S. Corbiniani Episcopi eius prædecessoris*, Pau-
lus Diaconus *l. 6. c. 5. hist. Lombard.* Auctor S. Bonifacij Archie-
piscopi 41. Moguntini apud Surium. Concilium II. Nicæ-
num *act. 4.* Sigebertus *in Catal.* Trithemius *ibid.* Bellarminus
ibid. Possevinus, Coccius, Genebrardus, Gualterus, Leo IX.
Papa *epist. 2. ad Episcopos Venetia, & Istria.* Petrus de Marca
lib. 2. cap. 1. de concordia Sacerdotij & Imperij. Bibliotheca Gef-
neri. Alphonsus Ciaconius *in Gregorio II.* Andreas Victorellus
in addit. ad vitam Gregorij.

S. GREGORIUS III. natione Syrus, Benedictinus, Papa 92.
anno 731. die 16. Februarij creatus, & 15. Martij consecra-
tus, scripsit

Commonitorium ad Leonem & Constantinum Imperatores,
lib. 1.

M

Ad

Ad eosdem iterum librum 1.

Contra eosdem etiam lib. 1.

Excerptum eiusdem ex Patrum dictis, Canonumque sententiis de diuersis criminibus, & remediis eorum, habetur *tom. 2. Bibl. Patr. edit. secund. & tom. 6. edit. 3. & 4.* Reperitur etiam *tom. 6. Concil. General. & prouincial. Binij.*

Epistolas varias, quarum septem leguntur *tom. 5. Concil. quinque dumtaxat in collectione Francisci Iouerij, & tom. 2. Epistolarum Decretalium, Romæ 1591. excuso.* Consule etiam *Collectionem* Iacobi Gretseri S. I. Ingolstadij apud Andream Angermarium 1613. editam. vna eius Epistola ad Vrsum Venetorum Ducem legitur apud Sabellicum *Ennead. 8. lib. 7.*

Concilia à nostro Gregorio Romæ celebrata extant *tom. 5. Concil. cum Notis Seuerini Binij.*

Eius aliquot *sermones & orationes*, excusæ sunt in Italia, si credimus Simlero hæretico.

Sancto sine quieuit Romæ anno 741. die 28. Nouembris, sepultus est in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 10. mens. 9. dies 12. Vacat Sedes dies 8.

Omnia Martyrologia vt supra eum commemorant eodem die, etiam Gallicanum.

De rebus gestis consule Petrum de Natalibus *l. 12. cap. 118.* Gregorium Polydorum in *Gregoriano*, & alios *uitarum Pontificiarum*, scriptores.

Scripta Gregorij III. memorantur à S. Bonifacio in *Epist. ad Gregor. S. V. Vilibaldo* Anglo, vel Scoto, Episcopo Eistensis *ibid. & in vita S. Bonifacij.* Valpurga Angla in *vita S. Vilibaldi eius fratris*, Trithemio, Possuino, Gualtero, Sigeberto, Coccio, Ciaconio, Platinâ, Genebrardo, vbi dicitur, Græcè & Latine doctus, omnes Psalmos memoriter tenebat, Hadriano I. in *Epistola ad Constantinum Imperatorem.* Petro Cortone *l. 2. Institut. Cathol. cap. 13.* Barbosa *super Decretum.* Bibliotheca Gesneriana, Andrea Victorello *addit. ad vitam Gregorij III.*

GREGORIVS IV. Romanus, Papa 103. anno 827. die 24. Septembris creatus, Ciaconio die 16. Ianuarij creatus anno 828. scripsit

Epistolas

Epistolas varias ex Adamo Bremensi Chronographo l. 1. cap. 17. Alberto Crantzio in sua *Metropoli*. Baronio tom. 9. *Annal. ann. 839. num. 2. & seqq.* Binio tom. 6. *Concil. & Duchesnio in vita Gregorij IV.*

Decreta Gregorij habes apud Gratianum, Burchardum, Iuonem & alios Canonum Collectores.

Mortuus est Romæ anno 843. sepultus est in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli, cum sequenti Epitaphio, sibi & Bonifacio I V. communi, à Bonifacio VII I. Papa, posito.

*Gregorius quartus iacet hic, Bonifacius almus
Huius qui sedit fuit æquus rector, & adis,
Tempore, qui Phoca cernens templum fore Romæ
Delubra cunctorum fuerunt que demoniorum:
Hoc expurgavit, Sanctis, cunctisque dicavit,
Eius natalia sollemnia qui celebratis,
Primis Septembris fert hæc lux quartâ Kalendis,
Octauus titulo hoc Bonifacius ossa reperta
Hæc locat erecta Bonifacij nominis ara.*

De eius Encomiis, *Epigramma* scripsit Rabanus Maurus præter auctores de *vitis Pontificijs*, & Gregorius Polydorus.

Eius *Epistolæ* celebrantur in *Annalibus Francorum*, Thefauro Coccij, Gallia Christiana Claudij Roberti in *Aldrico Episcopo 22. Cenomanensi*. Item à Spondano, Camusio, Coriolano, & aliis in Gregorio.

GREGORIUS V. antea Bruno dictus, Saxo Germanus, patriâ Vangianus, Papa 140. Ciaconio 143. anno Domini 995. die 16. Iunij Romæ creatus, scripsisse concilio.

Epistolas varias, præsertim ad S. Abbonem Abbatem Floriacensem, qui ad Gregorium multas scripsit *Epistolas*, teste Antonio Possuino in *Appendice ad tomum 1. Apparatus sacri, v. Abbo.*

Obiit Romæ anno Christi 998. die 18. Februarij, sepultus ad S. Petrum in Vaticano iuxta S. Gregorij corpus, prope altare S. Andreæ, hoc cum Epitaphio.

*Hic, quem tegit humus, oculis, vultuque decorum,
Papa fuit Quintus, nomine Gregorius.*

M 2

Ante

*Ante tamen Bruno, Francorum regia proles,
 Filius Othonis, de genitrice Iudith.
 Lingua Teutonicus, Vangia doctus in urbe,
 Sed iuuenis cathedram sedit Apostolicam.
 Ad binos annos, & menses circiter octo,
 Ter senos Februo connumerante dies.
 Pauperibus diues, per singula Sabbatha vestes
 Diuisit, numero cautus Apostolico.
 Vsus Franciscæ, vulgari & voce Latina
 Instituit populos eloquio triplici.
 Tertius Otho sibi Petri commisit ouile,
 Cognatis manibus, vnctus in Imperium.
 Exiit & postquam terrena vincula carnis
 Æquiuoci dextro substituit lateri.*

Decessit XI. Kalen. Martij.

De vita & rebus gestis præter auctores *de vitis Romanorum Pontificum*, consule Gregorium Polydorum in suo *Gregoriano*, Ioannem Riudadellum, & S. Laurentium, Scotum.

GREGORIUS VI. antea Ioannes Gratianus nuncupatus, Romanus, Papa 148. anno 1044. die 1. Maij creatus, scripsit *Epistolas*, quæ tamen interierunt, præter vnã ad S. Odilonem Abbatem s. Cluniacensem, quam possidebat Andreas Duchesnius, vt colligo ex *Gregorij vita*.

Moritur exul in Germania anno 1046. ibidẽmque sepelitur. Sedit annos 2. menses 8.

De Gregorij vita, Gregorius Polydorus in suo *Gregoriano*, & Hermannus Contractus, Leo Ostiensis *Historiæ Castrensis lib. 11. cap. 80. & 82.* Otho Frisingensis Episcopus in *Historiarum suarum lib. 60. cap. 32. & 33.* Martinus Polonus, Baptista Platina, Onuphrius, Binius, Baronius, Ciaconius, Massonus & alij *de vitis Romanorum Pontificum*.

GREGORIUS VII. antea Hildebrandus, Comes Petilianus & Soanensis, natione Tuscus, Papa 156. anno 1073. die 12. al. 22. Aprilis creatus, scripsit

Epistolarum libros nouem. Leguntur tom. 7. *Conciliarum*,
Seuerini

Seuerini Binij cum appendice trium Epistolarum. Nouem legi inter Epistolas S. Anselmi apud Laurentium Durand 1630. fol. editas, studio Theophili Raynaudi Theologi eximij S.I. Extant MSS. in Vaticano, & alibi.

Decem eius Concilia Romana tom. 7. *Concil.* cum Notis Binianis à pag. 465. ad 493.

Moritur in Monte Cassino Laërtio Cherubino Salerni anno 1085. die 24. Maij; ibidemque sepelitur intra Basilicam S. Apostoli & Euangelistæ Matthæi, quam paulò ante obitum diuino cultui consecrauerat. Eius corpus postea anno 1573. quæsitum, fermè incorruptum, repertum est, & pontificalibus insignibus ornatum tumulo hoc Epitaphium M. Antonius Columna, Marsilius Bononiensis, Archiepiscopus Salernitanus addendum curauit.

Gregorio VII. Soanenst Pont. Opt. Max. Ecclesiastica libertatis vindici acerrimo, assertori constantissimo, qui dum Rom. Pontificis auctoritatem aduersus Henrici perfidiam strenuè tuetur, Salerni sanctè decubuit, anno D. 1085. 8. Kal. Iunij. Marcus Antonius Columna, Marsilius Bononiensis, Archiepiscopus Salernitanus, cum illius corpus, quingentos circiter annos, sacris amictum, ac ferè integrum reperisset, ne tanti Pontificis sepulchrum diutius memoria careret. Gregorio XIII. Bononiense sedente, anno Domini 1578. pridie Kalendas Quintilis. Sedit annos 12. mens. 1. & dies 3. Vacat Sedes annum 1. & dies 15.

Eius sanctitas veneratur in Martyrologio Romano, & in Topographia Sanctorum Ferrarij.

De laudibus Gregorij VII. in particulari scripserunt Paulus Bernrietensis, Stephanus Herrandus, Gregorius Polydorus, Lamberrus Gerochus Reicherspergensis, Bernardus in Apolog. Gabriel Naudæus *ibid.* Insipidè verò Benno Anticardinalis, Anselmus Cardinalis, Andreas Sauffaius, Historia Gregorij VII. & Henrici IV. Sigebertus, V. Valtramus, Jacobus Greterus S. I. Nicolaus Sanderus de *visibili Ecclesia Monarchia.*

De scriptis Victor Papa III. lib. 3. *dialog.* Petrus Cardinalis Damianus in *Epist.* S. Antoninus in *Chron.* Lambertus Schaffnaburgensis *ibid.* Leo Ostiensis *ibid.* Marianus Scotus *ibid.*

Bertholdus Constantiensis *ibid.* Naclerus *ibid.* Longinus *ibid.* Gotfridus Viterbiensis *ibid.* Trithemius *ibid.* Vincentius Bellouacensis *l. 22. cap. 44.* Sigonius *de Regno Italiae.* Otho Frisingensis *l. 6. cap. 32.* Bernardus Corbientis, Flavius Blondus, Genebrardus, V. Vernerus Episcopus Vercellensis *lib. de discordia regni & Sacerdotij.* Crantzius in sua Metropoli *l. 5. c. 20.* Sabellicus *Aenead. 9. l. 3.* Tyrius *l. 1. cap. 13.* Conradus Abbas Urspergensis in *Chron.* Sigebertus *ibid.* Ioannes Micrologus *de Ecclesiasticis obseruationibus, cap. 14.* Dominico Presbyter in *vita Mathildis Comitissa.* Baronius *ann. 1073. & 1085.* Bellarminus, Coccius, Posseuinus, Rupipozeus, Iacobus Castellanus, Taruifinus in *compendio Constitutionum Pontificiarum à Gregorio VII. vsque ad Clementem VIII.* Collectio Constitutionum Litterarumve Pontificiarum à Gregorio VII. ad Gregorium XIII. Romæ apud hæredes Antonij Bladij 1579. in fol. & alij quâ plurimi, quos consulere poterit curiosus Lector.

GREGORIUS VIII. antea Albertus de Mora, al. de Spinachio, Beneuentanus, Ord. S. Benedicti Papa 172. ann. 1187. die 21. Octobris Ferrariæ creatus, & 25. ibidem coronatus, scripsit

Epistolas varias. Quædam leguntur *tom. 7. Concil. Bini* in Gregorio, & in *Appendice ad Concilium III. Lateranense OEcumenicum; & tom. 12. Annal. Baronij ann. 1187.* huic scripsit Epistolas S. Ioannes Episcopus San-Andreas.

Eius quædam gesta, ac monumenta Græco-Latinè cum scholiis edidit Gerardus Vossius.

Obiit Pisiæ anno 1187. die 16. Decembris: sepultus in Cathedrali. Sedit mensem 1. & dies 27. Vacat Sedes dies 21.

Gregorius Polydorus eius res gestas prosequutus est in *suo Gregoriano*, præter Auctores Pontificios.

De Gregorij Epistolis Guilielmus Neubrigenis, Rogertius Houedenus in *Annal.* Duchesnius in *eius vita.* Martinus Polonus *ibid.* Platina *ibid.* Alphonfus Ciaconius *ibid.*

GREGORIUS IX. antea Hugolinus, Comes Signinus, natione Hernicus, patriâ Anagninus, Papa 177. anno 1227. die 20. Martij creatus, & 28. ad S. Petrum in Vaticano coronatus, scripsit

Decre

Decretales Epistolas. Prodiere cum Glossis Veneriis 1591. in 4. Parisiis 1541. & 1601. fol. Basileæ apud Ioan. Amerbachium & Frobenium 1511. quarum septem volumina in Vaticano asseruantur, teste Rupipozæo Cardinalium Nomenclatore, etiam asserente post alios quamplurimos nostrum Gregorium Epistolas suas Decretales adunasse, & quinque libris digessisse, ope S. Raymundi de Penna forti, Barchinonensis Prior Generalis 3. Ordinis Prædicatorum; quædam harum prodiere separatim Græcè & Latinè, scholiis Illustratæ studio Gerardi Vossij, & tom. 7. *Concil. Biniij.* Asseruantur MSS. cum Commentariis in Bibliotheca Sfortiana in Classe Iurisperitorum num. 2. membr. 4.

At verò opera Gregorij, cum Iacobi Pamelij notationibus, prodiere Antuerpiæ apud viduam & hæredes Ioannis Stelsij anno 1572.

Eius constitutio *pro Benedictinis*, prodiit Parisiis 1619. in 8. apud Iacobum le Messier.

Obiit Romæ anno 1241. die 22. Augusti, sepultus in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 14. menses 4. & dies 26. Vacat Sedes dies 30.

De rebus gestis Gregorij IX. Gregorius Polydorus in *Gregoriano.* Augustinus Barbosa tom. 1. *Collectaneorum in vniuersum ius Pontificium*, Gerardus Vossius, Anonymus Coætaneus M. S. in Vaticano, Alter *de rebus Siculis*, Auctor *Compendij Historiæ Neapolitanæ.*

De scriptis Gregorij est mentio apud Matthæum Paris, Abbatem Stadensem, Apparatum sacrum Posseuini v. G. Bzouium, Genebrardum, Gualterum *sec. 13. col. 5.* Thefaurum Coccij, Lucam VVadingum in Registro Pontificio tom. 1. *Annal. Minorum*, Claudium Hemeræum Doctorem Sorbonicum *lib. de Academia Parisiensi cap. 7. & 8.* Ciaconium in *Gregorio*, Platinam *ibid.* Carolum Sigonium *de Regno Italia, lib. 17.* Andreæ Victorellum *addit. ad Ciaconium in Gregorio*, Iacobum Gretserum *cap. 54. exam. Myst. Plessaani*, Ioannem Pagæum *lib. 3. Bibliotheca Præmonstratensis.*

S. GREGORIUS X. antea Theobaldus, aliis Thealdus, Vicecomes Placentinus, Lombardus, Papa 183. anno 1271. die 1.

die 1. Septembris absens creatus Viterbij, & Romæ in Basilica Vaticana die 27. Martij 1272. coronatus, scripsit

Dialogum inter Saulum & Paulum. Extat M S. in Bibliotheca Varmiensi.

Orationem pro concordia inter Guelphos & Gibelinos.

Epistolas ad diuersos, quarum Registrum asseruatur M S. in Bibliotheca Vaticana, & illa ad Regem Armenorum in Bibliotheca Cardinalis Sirleti. Vide *tomum 7. Concil. Biniij*, ubi etiam eius Concilium Generale Lugdunense.

Eius *Constitutiones* tandem Ecclesiasticæ asseruantur *cum Glossis* Domini Garfæ IC. & Canonici Professoris, in Bibliotheca Patavina S. Ioannis de Viridario apud Canonicos Lateranenses, vnâ *cum constitutionibus* Pontificum Nicolai Clementis, & Urbani MSS. ex Bibliothecis Patavinis, Iacobi Philippi Thomafini, & Cantabrigiæ in illa aula Peubrochianæ *vol. 2 17. num. 5. Leguntur lib. 6. Decretalium.*

Ad Cælos euolauit Aretij in Tuscia anno 1276. die 10. Ianuarij. Ibidemque sepultus est in Ecclesia Cathedrali, clarus miraculis. Sedit annos 4. menses 4. dies 10. Vacat Sedes dies 11.

De rebus gestis Gregorij X. præter auctores communes Pontificios, legendi sunt Gregorius Polydorus, Petrus Kynitirus, Petrus Maria Campus, Andreas Sauffayus, Ioannes Columna, Theodoricus à Niem, Ptolomæus Lucensis, Martinus Polonus, Marinus de Ebulo, Anonymus. MS.

Eius scripta memorantur à S. Antonino in *Chron. Matthæo VVestmonasteriensi*, Vincentio Bellouacensi, Rupipozæo Cardinalium Nomenclatore, Thesauro Coccij, Luca VVadingo in *Annal. Trithemio in Chron. Hisaurg.* Flauio Blonde *de cad. 2. l. 8.* Eberhardo Ratisbonensis Ecclesiæ Archidiacono in *Annal.* Guiliel Paradino in *hist. Lugd.* Claudio Rubizio *ibid.* Ioanne Chappeauilleo *tom. 2. cap. 9. de gestis Episcoporum Leodiensium*, Emanuele Roderico in *Bullario*, Chronico Montisfortis, Antonio Posseuino in *Apparatu sacro*, Andrea Victorello *addit. ad Ciaconium*, Ioanne Pagæo *lib. 3. Bibliotheca Pramonstratensis.*

GREGORIO XI. antea Petrus Rogerius de Bello-forte, de
Beaufort

Beaufort vocatus, Lemouicensis, Aquitanus, Papa 200. anno 1370. die 30. Decembris Auenione creatus, & die 15. Ianuarij 1371. coronatus, scripsit

Epistolas & Constitutiones Ecclesiasticas nonnullas, quarum quinque refert Thomas V Valsinghamus, Emanuel Rodericus 4. Confettius verò 7. Tres eius Collectiones legi in Collectione Romæ 1579. edita. Ei scripsit S. Catharina Senensis Dominicana, Epistolas varias. Quædam Epistolæ Gregorij extant MSS. in Vaticano, & in Bibliotheca Cardinalis Iustiniiani.

Moritur Romæ anno 1378. die 27. Martij, sepelitur in Ecclesia S. Mariæ in via noua, cum sepulchro marmoreo à S. P. Q. R. in eius memoriam ordinato, cum sequenti Epitaphio maiusculis scripto, sic à nobis collecto.

Christi Saluti.

Gregorio XI. Lemouicensi, humanitate & doctrina, pietateque admirabili, qui vt Italiae seditionibus laboranti mederetur sedem Pontificiam Auenionem diu translata, diuino afflatus numine, hominumque maximo plausu post annos 70. Romam feliciter reduxit, Pontificatus sui anno 7. S. P. Q. R. tanta Religionis & beneficij non immemor, Greg. XIII. Pont. Opt. Max. comprobante, anno ab Orbe redempto MDLXXXIV. Obijt anno MCCCLXXVIII. Kalend. Aprilis circiter secundam noctis horam Pont. sui anno 7. mens. 2. dies 30.

Eius res præclare gestas scripsere Franciscus Bosquetus à Secretis Consilijs Regis Christianissimi, Iosephus Maria Suarez, Symphorianus Champerius, Petrus Frizon, Gregorius Polydorus, Petrus Amelius Augustinianus, Anonymus, Ægidius Romanus, Cardinalis.

De eius scriptis Coëcius in *Thesauro Catholico*. Bzouius in *Annalibus*, Collectores *Bullarum & Constitutionum Ecclesiasticarum*. S. Catharina Senensis, Dominicana, ei scripsit *Epistolas*, Ciaconius in *eius vita*, Andreas Victorellus *ibid.* & *addit. ad vitam Nicolai V.*

GREGORIUS XII. antea *Angelus Corarius* nuncupatus,
 N Venerus,

Venerus, Papa 204. anno 1406. die 30. Nouembris, creatus, & die 5. vel 19. Decembris coronatus, scripsit ad Petrum de Zuna Pseudo-pontificem,

Epistolas MSS. in Vaticano, quarum aliquot habent Theodoricus à Niem l. 2. & 3. & Binius tom. 7. *Concil.* cum eius Concilio Aquileiensi, notis Binianis illustrato, Lucas V Vadingus tom. 5. *Annal. Minorum.*

Moritur Recaneti, post voluntariam demissionem in Concilio Constantiensi 1415. die 4. Iulij factam, anno 1417. vbi eius corpus conditum fuit in Ecclesia Cathedrali cum sequenti Epitaphio.

Maximus Ecclesie Princeps, Summusque Monarcha,

Ordine Gregorius bis Senus clauditur arca.

Hic pro pace datus caelesti munere semper

Ferbuit, Æthereos superis munire decenter

Archischisma malum, facta hac dementia Pisis,

Ipse pius releuat, facta est Constantia restis,

Cardine bis sacro Pastoris conscia sede

Marchia suscepit, Recaneti Filanius ade.

Obijt anno Domini MCCCCXVII.

Sedit annos 8. menses 7. & dies 5.

Eius vitam scriptitauit Gregorius Polydorus, Augustinianus, in suo Gregoriano post scriptores Pontificios.

GREGORIUS XIII. antea Hugo Boncompagnus, Bononiensis, Papa 227. anno 1572. die 5. Maij creatus, & die Pentecostes in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas varias ad Magnates.

Alloquium ad Cardinales in primo Consistorio habitum, illud refert Latinè Antonius Posseuinus, eius quondam Orator in Apparatu sacro v. G.

Constitutiones varias Ecclesiasticas Lugduni 1582. 8. Florentiæ 1583 & 1586. in 4. vnà cum aliis Piorum IV. & V. Rom. Pontificum editas. *Quadraginta sex* etiam prodierunt Romæ 1579. fol. apud hæredes Antonij Bladij in *collectione. Annibal Rocchus I. V. D.* edidit *Tractatum visitationum ad Breue Gregorij XIII. Pont. Max. de visitandis ciuitatibus, & diocesibus Patauina & Vincentia. Veronæ 1590.* apud Hieronymum di Cipulum,

pulum, in fol. Eius declaratio super concordata nationis Germanicæ cum S. Sede Apostolica, pro ipsius Ecclesiæ vnione ac pace & tranquillitate inter eandem & nationem prædictam perpetuò conseruandis inita, conclusa, & accepta. Coloniae 1589. in 4. & 1590. Item eiusdem Bulla iuxta exemplaria, mandato Episcopi & Electoris Treuirensis proximo anno publicè edita 1586. in 4.

Sermonem vnum, qui asseruatur MS. in Bibliotheca Ducis Pisauri Italicè, teste Possuino.

Eius *Bulle* reperiuntur in *Bullarijs* Emanuelis Roderici, Confertij & aliorum Bullarum Collectorum, præsertim in *Bullario Magno* Laertij Cherubini IC. Romæ 1638. edito.

Eius *Indictio Sancti Iubilæi*, prodiit Antuerpiæ apud Plantinimum in 8. 1575.

Edi curauit & iussit *Corpus Iuris Canonici*, quod prodiit Romæ, Parisiis, Lugduni, Venetiis, Antuerpiæ & alibi.

Item *Calendarium perpetuum*. Prodiit diuersis in locis cum *Apologia* Christophori Clauij Bambergensis S.I.

Moritur anno 1585. die 10. Aprilis, sepelitur in Basilica Vaticana, in Sacello Gregoriano, à se constructo. Sedit annos 12. menses 10. dies 27. Vacat Sedes dies 14.

De vita & laudibus Gregorij XIII. consulendi sunt Hilarion Costaus, Hieronymus Beroardus, Stephanus Tuccius S. I. Paulus Bombinus, Neophylus Rhodinus, Petrus Maphæus, Ciaconius, Marcus Antonius Ciappius, Horatius Tuffelinus, Ioannes Petrus Maffæus, Petrus Opmerus, Costa, Hieronymus Rubeus, Leo Sanctius, Ascanius, Valentinus, Gregorius Polydorus, Antonius Possuinus, Achilles Statius, Angelus Rocca, Antonius Cicarella, Franciscus Bencius, Guilielmus Lindanus, Laurentius Frizolius, Marcus Antonius Muretus, Anonymus, MS. Annales Gregorij, Franciscus Mucantius, Foliera.

De scriptis Duchesnius in *eius vita*, Georgius Draudius in *Bibliotheca Classica*. Ioannes Clessius *ibid.* S. Carolus Borromæus in *Concilio III. Mediolanensi*. Iodocus Coccius in *Thesauro Catholico*. Antonius Verderus in *Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ*. Annibal Rocchus IC. in *tractatu visitationum ad*

Breue Gregorij XIII. vt supra. Franciscus Bonauentura Hispanus, Segobiensis S.I. in *Extravagantem Gregorij XIII.* quæ incipit: *Ascendente Domino.* Bibliotheca Gelneriana, Martinus Azpilcueta Nauarrus in *Extravagantem Gregorij XIII.* Ioannes Pagæus lib. 2. & 3. *Bibliotheca Præmonstratensis.* Ioannes Despruetis Abbas Præmonstratensis *Epistola ad Gregorium.*

GREGORIUS XIV. antea Nicolaus Sfrondatus Mediolanensis, Papa 230. anno 1590. die 5. Decembris creatus, & 8. in Vaticano coronatus, ante Pontificatum, teste Posseuino, edidit & promulgauit,

Decreta Prouincialia variis temporibus in Diocesanis Synodis promulgata Italico idiomate, per suum Episcopalem Vicarium Antonium Mariam Caballum anno 1584. Cremonæ apud Antonium Cauacium.

Eius *Constitutiones Ecclesiasticae* leguntur apud Stephanum Quarantam, Iacobum Castellanum Venetiis 1605. & alios modernos. In eius constitutionem de Immunitate Ecclesiarum edidit *Commentariorum* libros 8. Petrus Gambacurta, qui prohibetur in edicto 3. Iulij 1623. Etiam Tuffanus Berchetus Lingonensis è Gallico sermone in Latinum vertit, *Pium consilium super Gregorij XIV. Bullis,* &c. Prohibetur in Indice Romano. Item quidam Anonymus Auctor damnatus edidit de *Christianissimi Regis periculis, & notata quadam ad Sfrondatæ Pontificis Romani, litteras monitoriales,* Francofurti apud Martinum Lechlerum 1591. in 8.

Quoad Epistolas Apostolicas, seu Bullas, consule Emanuelem Rodericum Confertium & alios.

Moritur anno 1591. die 15. Octobris, sepelitur in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit menses 10. & dies totidem. Vacat Sedes dies 15.

De rebus gestis Gregorij XIV. Paulus Bombinus, Hilarion Costæus, Augustinus Valerius, Gregorius Polydorus, Paulus Morigia, Hieronymus Beroardus, Anton. Cicarella, Conclauæ & Diaria Gregorij, Franciscus Albertonus, Franciscus Bencius, Vincentius Blasius Garcias, Nicolaus Tuccius, Laurentius Beyerlinck.

GREGORIUS XV. antea Alexander Ludouisus, Bononiensis,

sis, Papa 235. anno 1621. die 9. Februarij creatus, scripsit, *Decisionum Rotæ volumina ab Oliuero Beltramino IC. Notis illustrata, & Romæ edita Monita, egregia ad Nepotem Cardinalem.* Extant MSS. *Epistola varia*, præsertim ad Clerum, ciuitatem & Diocesim Bononiensem.

Varias Constitutiones Ecclesiasticas, quæ habetur in *Collectionibus*. In vnam verò de viuæ vocis oraculo reuocatione scripsit *Disputationes Commentarias*, Giuniparus à Drepano, Franciscanus, Siculus, Lugduni apud Laurentium Durand 1637. 4. & Hieronymus Ghettus, Romanus, Generalis Ord. S. Augustini in *Bullam Gregorij de summi Pontificis electione*, sicuti & Franciscus Iugolus.

Consilium Gregorij XV. Pont. Max. prodit Lugduni Batauorum 1623. in 4. studio Louigi viri hæretici, quapropter modicæ fidei. Prohibetur in *Indice Romano*.

Quoad *Epistolas ex officio datas*, variæ leguntur apud Auctores modernos, præsertim de *Conceptione B. V. Mariae*, & de *summi Pontificis electione*. vnam habet Claudius Robertus in *Catalogo Episcop. Viridunensium*.

Obiit Romæ anno 1623. die 8. Iulij, horâ sextâ pomeridianâ, sepultus est in Basilica Vaticana, in temporario sepulchro eius cadauer repositum, sed aliquando in Ecclesiam S. Ignatij Patrum Societatis Iesu in insigni sepulchro transferendum, vt ipse ante obitum decreuit.

De laudibus & rebus gestis Gregorij XV. Nicolaus Villanius, Abrahamus Bzouius, Andreas Victorellus, Hilarion Costæus, Iacobus Auzolius, Ioannes Petrus Camusius, Lucas VVadingus, Fabianus Strada, Federicus Albergatus, Franciscus Maria Turrigius, Iacobus Accarizius, Ioannes Superantius, Marcus Guadajarra, Carmelita.

De *Epistolis Apostolicis* Dominicus à Iesu Carmelita Excalceatus in *Actis Canonizationis S. Theresiæ*, Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibl. Præmonstratensis*.

H.

SANCTVS HADRIANVS I. Romanus, Papa 97. anno 772. die 8. vel 9. Februarij creatus & consecratus Romæ, scripsit, instante Carolo Magno Francorum Rege & Imperatore,

Antiphonarium Ecclesiasticum. Item

Responsoriale de circulo anni.

Epistolarum Gregorij I. utiliora quæque decerpens, tredecim libros ad duos redegit, ex Ioanne Diacono.

Ad Imperatorem Leonem & Constantinum eius filium pro venerandis Imaginibus Domini & Sanctorum eius, lib. 1.

Ad Carolum Imperatorem librum Apostolica auctoritatis, arguens errorem eorum, qui infirmare conabantur quædam capita, quæ secunda Nicæna Synodus promulgauerat ex auctoritate trecentorum quinquaginta Episcoporum, qui hæresim execrandam aduersus imaginis Domini & Sanctorum eius anathematizauerat. Sic Sigebertus in Catalogo, & Possuinus in Apparatu sacro v. A. Extat tom. 5. Conciliorum Generalium & Prouincialium Binij.

Conciliorum volumen, vbi præfixit præfationem & Epigramma Acrostichis versibus, seu Collectionem Canonum octoginta à se elaboratam, quam dedit Ingilramno, vel Angeranno Episcopo 38. Metensi, tunc Romæ commoranti. Extat ex versione Dionysij Exigui.

Epistolas quamplurimas, præsertim ad Carolum Magnum quadraginta quatuor, quarum argumenta leguntur tom. 5. Concil. 7. Binij & tom. 9. Annal. Baronij. Omnes eius Epistolæ extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina, vnâ cum eius vita.

Quædam quodlibeta, teste Abbate Trithemio de script. Eccles. & Gesnero.

Eius Responsum ad Acridenum Thessalonica Episcopum, extat in magno volumine Canonum Ioan. Zonaræ.

Mortuus est Romæ anno 795. die 26. Decembris, sepultus

tus

tus est in Basilica Vaticana sancti Petri Apostoli cum sequenti Epitaphio à Carolo Magno Imperatore, composito.

*Hic pater Ecclesia, Roma decus, Inclytus auctor,
Hadrianus requiem Papa beatus habet.*

Vir, cui vita Deus, pietas, lex, gloria, Christus,

Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum

Nobilis ex magna genitus, nam gente parentum:

Sed sacris longe nobilior meritis.

Exornare stupens deuoto pectore Pastor

Semper ubique suo templa sacrata Deo.

Ecclesias donis, populos & dogmate sancto

Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.

Pauperibus largus, nulli pietate secundus,

Et pro plebe sacris peruigil in precibus.

Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,

Vrbs caput orbis, honor, inclyta Roma, tuas.

Mors cui nil nocuit, Christi qua morte perempta est,

Ianua sed vita mox melioris erat.

Post patrem lacrymans Carolus haec carmina scripsi:

Tu mihi dulcis amor, te modo plango, Pater,

Tu memor esto mei: sequitur te mens mea semper,

Cum Christo teneas regna beata poli.

Te clerus, populus magno dilexit amore,

Omnibus vnus amor, optime Praesul, eras.

Nomina iungo simul titulis, clarissime, nostra:

Hadrianus, Carolus: Rex ego, tuque Pater.

Quisque legas versus, deuoto pectore supplex

Amborum mitis, dic, miserere Deus.

Hac tua nunc teneat requies, carissime, membra:

Cum Sanctis anima gaudeat alma Dei.

Vltima quippe tuas donec tuba clamet in aures

Principe cum Petro, surge videre Deum.

Auditurus eris vocem, scio, iudicis almam:

Intra nunc Domini gaudia magna tui.

Tum memor esto tui nati, Pater optime, posco.

Cum Patre, dic, natus pergat & iste meus.

O pete

*Opete regna Pater felix cœlestia Christi,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum Sol ignicomorutilus splendescit ab axe;
Laus tua, Sancte Pater, semper in orbe manet.*

Sedit beatæ memoriæ Hadrianus Papa annos 23. mens. 10. dies 17. Obiit Kalend. Iunij 795.

De scriptis Hadriani S. Carolus Magnus *in Epist. ad Hadrianum*, S. Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus *ibid.* Basilius Achridenus Archiepiscopus Thessalonicensis *ibid.* S. Abel, Scotus, Coëpiscopus Remensis *ibid.* Albinus Flaccus, feu Alcuinus *ibid.* Desiderius Rex Lombardorum, Constantinus & Irenes Imperatores *ibid.* Eginardus *in vita Caroli Magni.* Amalarius Fortunatus *de diuinis Officijs l. 1. cap. 29. & de ord. Antiph. in prasat. 1. & 2.* Iacobus Gretserus *in volumine Epist. Pont. & in Apologia pro Cardinali Baronio aduersus Melchiorum Goldastum Caluinistam.* Theodorus Ballamon *in Nomocanone,* Nicolaus I. Papa *in Epist. ad Michaëlem Imperatorem,* Martinus Murissius, Francisc. Doctör Sorbonic. Episcop. Madaurensis, & Metensis Suffraganeus *in Historia Metensi,* Gallicè in fol. edita. Petrus Aubertus Consiliarius Bellonacensis *in sua Historia,* Robertus Gaguinus *ibid.* Paulus Æmilii *ibid.* Bernardus de Ghirard *ibid.* Ioannes Tillius Episcopus 94. Meldensis *ibid.* Tapautius *ibid.* Dupleix *ibid.* Petrus de Marca pag. 321. Coriolanus *in summa Conciliorum Parisiis 1639. fol. edita prel. 3. pag. mihi 17. & 19. annotat. ad Canones Apostolorum,* Concilium Nicænum Generale II. act. 1. Bibliotheca materiæ Molani, Ludouicus Carbo *de script. sacris in 3. partem D. Thomæ cap. 30.* Ciaconius *in Hadrianum.*

HADRIANVS II. Romanus, Papa 108. anno 868. die 14. Decembris creatus, Ciaconius die 21. Decembris creatus, & 23. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, quarum triginta & vna leguntur tom. 6. Concil. Binij & tom. 10. Annal. Baronij. ex Codice MS. Nicolai Fabri, & tom. Conciliorum Francisci Iouerij, vnà cum eius Concilio Romano, in quo Photius ter anathemate percussus est, eiusque volumen contra Nicolaum I. Papam editum, igni est adiudicatum anno 868. Item

Formans

Formam dedit Aragonensibus sanctarum legum, & nouam regni constituendi formam ex Ciaconio.

Psalterium transferre ceperat in linguam suam, teste Genebrardo.

Obiit Romæ anno 872. die 1. Nouembris, sepultus in Basilica Vaticana B. Petri. Sedit annos 4. mens. 10. & dies 17.

Eius vitæ scriptor Anastasius Bibliothecarius & alij *de vitis Pontificijs.*

De eius Epistolis facta est mentio apud Petrum Diaconum Cassinensem, Aimoinum Monachum *in Historia sua.* Baldricum *in Chronico Ecclesie S. Samsonis Dolensis.* Bertrandum Argentæum *l. 2. cap. 26. hist. Britannica,* Coccium *in Thesauro.* Flodoardum *in Hincmaro.* Petrum Frizonem *ibid.*

HADRIANVS III. antea *Agapitus* dictus, Romanus, Papa 3. anno 884. die 20. Ianuarij creatus, vel 21. & 26. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas quasdam, licet vnicam dumtaxat reperio ad Basilium Imperatorem, quæ extat in Synodo vniuersali octaua *act. 1. tom. 7. Concil. Binij*, cum Epistola Synodali Duziacensi ad Hadrianum.

Decretum de electione Pontificis, ne in ipso creando Imperatoris auctoritas expectaretur, ex Seuerino Binio, Bartholomæo Carranza, & Ciaconio.

Moritur Romæ anno 885. die 9. Maij, sepeliturque in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annum 1. mens. 3. & dies 19. Vacat Sedes dies 18.

Eius vitam scripserunt Petrus Guilielmus Cardinalis, Martinus Polonus, Platina, Onuphrius Panuinus, Baptista à Glano, Ciaconius, Massonus, Duchesnius & alij.

HADRIANVS IV. antea Nicolaus Hastifragus, Anglus, Ordinis S. Rufi Abbas 4. Papa 168. anno 1154. die 4. vel 5. Decembris creatus, scripsit ad Petrum Pontiniacum 6. Abbatem, & Episcopum 41. Attrebatensem.

De Conceptione B. V. Mariae lib. 1. Gesnero 2.

De sua legatione lib. 1.

Homiliarum lib. 1. *Catechismaticas leges ad populos Noruegiae & Sueviae* ex Paulo Cortesio, *Decretalium Epistolarum* lib. 1.

O

Quarum

Quarum illa ad Fridericum I. Imperatorem prodiit separatum Francofurti 1585. Ei scripsit *Epistolas* Henricus Plantagenet 2. Anglorum Rex, Gualterus 11. Laudunensis Episcopus.

Epistolam pro expeditione Hiberniæ.

Obiit Anagninæ anno 1159. die 1. Septembris, postea eius corpus Romam delatum, proximè ad sepulchrum Eugenij III. in Basilica Vaticana S. Petri conditum est. Sedit annos 4. mens. 8. & dies 4. aliis ann. 4. mens. 9. & dies 27. Vacat Sedes dies 4.

Eius vita asseruatur M S. in Bibliotheca Vaticana. Consulte Bosonem Cardinalem Pansam, Abbatem Urspergensis, Radeuicum, Othonem Frisingensem, Gabrielem Pennotum, Ioan. Chrysostomum Vander Sterre.

De Hadriani I V. scriptis, Matthæus Paris *ann.* 1155. Radeuicus *l. 1. cap. 8. 15. & 22. lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 9.* Codex Iuris Orientalis, Guilielmus Pictauinus Monachus Vezeliacensis *in Chronico Vezeliaco.* Bibliotheca Cluniacensis *pag.* 1415. Ioannes Lelandus *de script. Angliæ.* Ioannes Pitseus *ibid.* Apostata Balæus *ibid.* Thomas Dempsterus *in hist. Eccles. Scotorum v. A.* Apparatus Possuini, Bibliotheca Theologica Molani, Binius *tom. 7. Concil.* Index vniuersalis Iustininiani, Salazar *de Conceptione.* Bibliotheca Mariana Hippolyti Maracci, Petrus Grifus *de Canon. Regul.* Ioannes Trullus *ibid.* Ioannes de Nigra Valle *ibid.* Gabriel Pennotus *ibid.* Baronius *tom. 12. Annal.* Alphonsus Ciaconius *in Hadriano IV.* Paulus Cortesius, Angelus Manrique *tom. 2. Annal. Cisterc. ann. 1146. cap. 11. num. 6. & alibi.* Victorellus *addit. ad vitam Hadriani IV.* Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibliotheca Premonstratensis.*

HADRIANVS V. antea Ottobonus Fliscus, Genuensis. Papa 185. anno 1276. die 12. Iunij Romæ creatus, scripsit, teste Rupipozæo Cardinalium Nomenclatore,

Constitutiones Ecclesiasticas, quas commentariis illustrauit Ioannes Acton, Canonicus Lincolnensis.

Mortuus est Viterbij anno 1276. die 18. Augusti, sepultus in Ecclesia Dominicanorum cum sequenti Epitaphio.

Hadrianus

Hadrianus Quintus Pontifex Maximus Filisca, è familia nobilissima Genuensi, mensis unius, dierumque nouem Magistratum Pontificium gerens, 15. Kalend. Septembris MCCLXXVI. diem Viterbij functus, honorifice sepultus donatur.

De rebus gestis præter Auctores *uitarum Pontificiarum*, consule Ioannem Riudadellum, & Paulum Panfam.

HADRIANVS VI. antea Hadrianus Florentius, Ultraiectinus, Papa 219. anno 1522. die 7. vel 9. Ianuarij creatus, & Romæ in Vaticano 29. vel 30. Augusti coronatus, scripsit

Questiones & disputationes in quartum sententiarum; quibus Ecclesiæ sacramenta explicantur, & dubia circa ea discutuntur. Parisiis apud Nicolaum Saultier 1512. 1516. & 1528. fol. Romæ 1522. apud Marcellum fol. Lugduni 1546. apud Iacobum Iuntam in 8.

Questiones Quodlibeticas duodecim Louanij 1515. in 8. Parisiis 1516. in fol. & 1531. *Virum propter scandalum vitandum.*

Sermonem Paneriticum in computum hominis Christiani agonizantis, Romæ 1522. apud Marcellum fol.

Sermonem alterum de seculo pertuso, siue de superbia, ibid. & Antuerpiæ anno 1520.

Itinerarium ab Hispania.

Instructionem ad Franciscum Cherecatum Episcopum Interamensem; quæ ea continentur, quæ cunctis Romani Imperij Principibus tum proponenda videbantur. Colonia 1535.

Professionem fidei & pollicitationes Hadriani VI. MSS. in Bibliotheca Eminentissimi Cardinali Biscia.

Legationem ad Conuentum Nurembergensem. V Vitebergæ 1538. in 8. vnâ cum responsione.

Epistolas insignes ad varios, præsertim ad Germaniæ Principes pro concordia. Colonia 1535. quarum vnâ proluxa & docta ad Saxoniæ Ducem aduersus Lutherum tom. 9. *Concil. sub hoc titulo; Diploma Apostolicum Hadriani VI. ad Fredericum Saxonie Ducem*, V Vitenbergæ cum tom. 2. *operum impij Mart. Lutheri.* Altera ad Inquisitorem Comensem *ibid.* Aliæ ad Senatam ciuitatis Bambergensis, atque ad singulos quosque Principes & Ecclesiasticos laicos Colonia 1525. cum

Concilio Basiliensi Æneæ Syluij editæ. Altera ad Marcum Marulum, plena honoris & erga illum beneuolentiæ, prodiit Romæ. Aliæ Epistolæ ad Carolum V. Imperatorem, extant MSS. in Bibliotheca Barberina.

De Bullis & Constitutionibus Ecclesiasticis, consule Collectores.

Obiit anno 1523. die 14. Septembris: sepultus in Æde S. Mariæ de Anima, cum sequenti Epiraphio,

Adriano VI. Pontifici Maximo ex Traiecto insigni inferioris Germania vrbe, qui dum rerum humanarum maxime auersatur, splendorem vltro à proceribus ob incomparabilem sacrarum disciplinarum scientiam, ac propè diuinam castissimi animi moderationem, Carolo V. Casari Augusto Præceptor, Ecclesiæ Derthusensi Antistes, sacri Senatus Patribus collega, Hispaniarum regnis Præses, Reipublicæ denique Christiana diuinitus Pontifex absens adscitus. Vixit annos 64. mens. 16. dies 13. Decessit 18. Cal. Octobris anno à partu Virginis 1523. Pontificatus sui anno 2.

VVilhelmus Eickenvvort illius benignitate & auspicijs tit. SS. Ioannis & Pauli Presbyter Cardin. Derthusensis fac. cur.

Quo Romanorum Sextus Pater atque Sacerdos,

Hoc etiam pietas conditur in tumulo.

Aliud supra Tumbam.

Hadrianus VI. hic situs est, qui nihil sibi infelicius in vita, quam quod imperaret, duxit. Vacat Sedes mens. 2. & dies 4.

De vita & rebus gestis Hadriani Gerardus Moringus, Paulus Iouius, Ioannes Iacobus Boissardus, Aubertus Miræus, Caius Barius, Hilarion Costæus, Guilielmus Rouilius, Ludouicus Dominicus, Andreas Iacobatus, Antonius Sanderus, Conradus Vegerius, Cyprianus Benetus, Felix Contelorius, Ioannes Antonius Flaminius, Hieronymus Niger, Hieronymus Baldus, Maximilianus Vrintius.

De scriptis Bibliotheca Belgica Valeri Andreæ Desselij. Athene Belgicae Francisci Svveertij. Bibliotheca Theologica Molani. Rupipozæus, Bellarminus, Possuinus, Angelus à Roca, Fabianus Iustinianus, Ferdinandus Ponzerus Cardina-

lis

his lib. de Sacramentis. Gregorius Cortesius Cardinalis lib. quòd
 S. Petrus Roma fuerit. Aloysius Nouarinus, Veronenfis in om-
 nium scientiarum anima. Antonius Verderus in Bibliotheca
 Gallicana, & Supplemento Gesneriano. Claudius Sanctæus de
 rebus Eucharistia pag. 377. Ioannes Azorius S.I. lib. 1. Institut.
 Moral. cap. 14. Laurentius Beyerlinck lib. Apophthegm. Christ.
 pag. 86. 283. 393. 454. & 496. Coccius in Thesauro, Spondanus,
 Genebrardus. Gesneri Bibliotheca. Paulus Bolduanus in Bi-
 bliotheca Philosophica pag. 159. Ludouicus Carbo Perusinus in
 Catalogo scholasticorum Theologorum, qui in tertiam partem
 D. Thoma scripserunt cap. 34. & alibi. Ciaconius in Hadriano,
 Onuphrius ibid. Matthias Bellintanus Capuccinus in historia
 Solodiensi anno 1586. edita, Andreas Victorellus addit ad vi-
 tam Hadriani VI. Ferdinandus Vghellus Abbas ibid.

S. HILARIUS, vel HILARVS, Sardus, patriâ Calaritanus,
 Papa 48. anno 461. die 12. Nouembris Romæ creatus, ac con-
 secratus, scripsit ex Trithemio, Posseuino & aliis,

Decretum Synodale lib. 1. Quoniam religiosus Spiritus sanctus.
 Ad Episcopos Terraconensis Prouincia, Epist. 2. Postquam litteræ
 vestre. Extant tom. 3. Concil. cum notis Bini. Vnâ cum duabus
 Terraconensium Episcoporum Epistolis ad Hilarium. & tom.
 1. Epist. Pontif. cum eius Concilio Romano.

Ad Afcanium Terraconensem Episcopum, Epist. 1. Diuina
 circa nos gratia, ibid. tom. 3. Concil.

De Concilio Niceno, Epist. 1.

De Concilio Ephesino, Epist. 10.

De Concilio Chalcedonensi, Epist. 2.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Decreta verò ipsius vnâ cum reliquorum Pont. Decretis
 excusa fuere Colonia. Leguntur etiam apud Isidorum, Gra-
 tianum, Cresconium, Codicem librorum sexdecim cap. 19.
 Carranzam & alios.

Eius acta & Epistolas aliquot prodierunt, studio Gerardi
 Vossij. Quædam eius Epist. extât MSS. in Archiuo Arelatensi.

Migravit anno 467. die 10. Septembris: sepultus ad S. Lau-
 rentium in Crypta, iuxta corpus S. Sixti Papæ. Sedit annos 6.
 mens. 10. minus diebus duobus.

De eius scriptis præter Auctores citatos, Ioannes Ekius de *Primatu Petri. Thesaurus Catholicus* Coccij, Claudius de Sainctes de *rebus Eucharistiæ. Petrus Cotton l. 3. Instit. Cathol. cap. 4.* Petrus Saxius in *Cæsario Arelatensi. Petrus Aubertus Consiliarius Bellouacensis in historia. Genebrardus, Baronius, Iacobus Auzolius, Peyrius, Petrus de Marca l. 2. c. 7. de concordia Sacerdotij & Imperij. Coriolanus in annotat. ad Canones Apost. Bibliotheca Gesneriana S. Dimaius Episcopus Scotiæ Epist. ad Hilarium, Ludouicus Carbo de Script. sacr. in 3. p. D. Thom. c. 29. Anastasius Bibliothecarius in *Hilario, Platina ibid. Ciaconius ibid. Onuphrius ibid. Duchesnius ibid.**

S. HONORIUS I. Campanus, Papa 72. anno 626. die 13 Maij creatus, Ciaconius die 7. Nouembris creatus & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, quarum sex leguntur tom. 4. *Concil. annotationibus* Binianis illustratæ, vnâ cum Sergij Constantinopolitani Episcopi *Epist. & tom. 8. Annal. Baronij.* Ei scripsere *Epistolas* Berinus Dorcestriæ Episcopus, Italus. SS. Braulius, Sophronius.

De Apostolis, in Christi ad calos ascensione obstupescitibus Epigramma. Extat tom. 8. *Bibl. PP. Margarini Bignæi, Cœno-*manensis, pag mibi 680. edit. 4. Caroli Morelli.

Honorij *Opuscula* promittit V. Cl. Ioseph Maria Suarezius Episcopus Vasionensis, cum vita & vindiciis ex Apibus Urbanis Leonis Allatij.

Honorij *Vindicia* extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

E vita decessit Romæ anno 638. die 11. Octobris: sepultus in Basilica Vaticana San-Petrana, cum sequenti Epitaphio:

Pastorem magnum laudis pia premia lustrant,

Qui sanctus Petri hac vice summa tenet.

Effulsit tumulis nam Præsul Honorius istis,

Cuius magnanimum nomen honôrque manet.

Sedis Apostolica meritis non iura gubernans,

Dispersos reuocat, optima lucra refert.

Vtq; sagax animo diuino in carmine pollens

Ad vitam Pastor ducere nouit oues.

Histria

*Historia nam dudum saevo sub schismate fessa,
 Ad statuta Patrum teque monente redit.
 Iudaica gentis sub te est perfida vita:
 Sic unum Domini reddis ouile pium.
 Attonitum patria solers sic cura monebat,
 Optata ut populis esset ubique quies.
 Quem doctrina potens, quem sacra regula vita,
 Pontificum pariter sanxit habere decus.
 Sanctiloquij semper in te commenta Magistri
 Emicuerunt tuam tanquam animata manu.
 Namque Gregorij tanti vestigia iusti,
 Dum sequeris cupiens & meritumque geris.
 Aeterna lucis Christo dignante perennem
 Cum Patribus sanctis posside iamque diem.
 His ego Epitaphijs merito tibi carmina solui
 Quod patris eximij sim bonus ipse memor.*

De rebus gestis Honorij Anastasius & alij, Ioseph Maria Suarezius, Bellarminus l. 4. cap. 11. de Rom. Pont.

Eius scripta memorantur à SS. Braulio Episcopo Cæsar-Augustano in *Epistol. ad Honorium*. Sophronio Episcopo Hierosolymitano *ibid.* Berino Dorcestriæ Episcopo *ibid.* Agathone I. Papa in *Epist. ad Augustos*. V. Beda in *hist. Angl.* Andrea Dandulo Venetiarum Duce in *Chron.* Iona Monacho, Scoto in *vita S. Bertulphi Abbatis*, cap. 5. Maximo Monacho Græco in *defensione Honorij I.* Sexta Synodo act. 13. Ioanne Matthæo Caryophilo Cretenfi Archiepiscopo Iconiensi, Iona Abbate in *Historia*.

HONORIUS II. antea Lambertus de Fagnano, Imolensis, alijs Bononiensis, Italus, Papa 162. anno 1124. die 14. Decembris, creatus, & 21. eiusdem mensis Romæ coronatus, scripsit

Rescriptum pro Concilio Nannetensi.

Leges aliquot Ecclesiasticas in Concilio Troiano publicatas.

De Pace ad Romanos Epistolas 2.

Epistolas item ad diuersos, quarum quinque referunt, Baronius tom. 12. Annal. & Binius tom. 7. Concil. pag. 572. & 573. sed pag. 725. alias refert. Ei scripserunt SS. Bernardus Abbas 1.

Charaual

Claræuallensis, Hugo Episcopus 38. Gratianopolitanus, & Hildebertus Archiepiscopus 64. Turonensis, Stephanus Abbas 3. Cisterciensis, Capitulum Cisterciense.

Obiit Romæ in Monasterio S. Andreae anno 1130. die 14. Februarij, sepultus tandem in Basilica Saluatoris. Sedit annos 5. mens. 1. & dies 17.

De rebus gestis Anonymus Bibliothecæ Palatinæ, Alter *de rebus Siciliae & vitis Pontificum*, Pandolphus Pisanus, Petrus Diaconus in *Chronol. Casinensi*. Martinus Polonus & alij.

De Epistolis testimonia perhibent Guilielmus Tyrius *lib. 13. cap. 23*. Hugo Abbas 2. Præmonstratensis in *vita S. Norberti*. B. Guigo de Castro, Delphinus, Valentinenfis Generalis 5. Carthusianorum in *vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani*. Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium Bibliotheca*, Antonij Francisci Donij, & illa *Cluniacensis*, Angelus Manrique Burgenfis, Concionator Regius, *tom. 1. Annalium Cisterciensium*, Alphonsus Ciaconius in *Honorio II. Basilii Serenii lib. priuilegior. Canonicorum Regularium Mediolani excuso*, Nicolaus Pasqualinus Alidorius *de Illustribus viris Ecclesiasticis Bononiensibus*, Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibliothecæ Præmonstratensis*.

HONORIVS III. antea Centius Sabellus, Romanus, Papa 176. anno 1216. die 18. Iulij, Perusij, creatus, ibidemque die 24. eiusdem mensis in Ecclesia Cathedrali coronatus, scripsit

Sermones aliquot S. Dominico Guzmano Ordinis Prædicatorum Patriarchæ dicatos. Alios legi MSS. in Bibliotheca Cisterciensi, ad Clerum & Populum Romanorum, Conuentui Abbati Cistercij dicatos. Extant vnâ cum S. Richardi Cicestrensis Episcopi vitâ.

Vitam Celestini III.

Censuum Romanæ Ecclesiæ prægrande volumen, asseruatur MS. in Bibliotheca Vaticana.

Pro defensione libri Abbatis Ioachim aduersus Petrum Lombardum Epistolam ad Episcopum Lucaniæ; cuius fragmentum reperitur in Apparatu sacro Possenini v. Ioachim.

Epistolæ

Epistolas Decretales in Iuris Canonici libros; quarum Registrum quinque voluminibus compactum in Vaticano MS. asseruatur. Quædam leguntur in Epistolas Petri Blesensis, & alia apud diuersos.

Decreta & Bullæ apud Collectores.

Ceremoniale Cenci de Sauellis, aliàs Camerarij. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Sub eius nomine reperitur *Index Romanorum Pontificum* in Vaticano, teste eruditissimo Binio.

Moritur Romæ anno 1227. die 18, Martij, sepelitur in Basilica S. Mariæ Maioris ante aram Præsepj. Sedit annos 10. & mens. 8. Vacat Sedes dies 2.

De scriptis loquuntur Coccius in *Thesuro*, Claudius Sanctæus Episcopus 58. Ebroicensis *lib. de rebus Eucharistia*, pag. 346. & 348. Nomenclator Cardinalium, Matthæus Paris, Baronius, Bibliotheca Cluniacensis pag. 125. Andreas Duchesnius in *eius vita*. Alphonsus Salmeron S. I. Toletanus *tract. 65. de Iurisdic. Episcoporum*. Reginaldus Rex Insularum *Epist. ad Honorium III.* Alphonsus Ciaconius in *Honorio III.* Ioannes le Paige *lib. 3. Bibliotheca Præmonstratensis.*

HONORIUS IV. antea Iacobus Sabellus, Romanus, Papa 189. anno 1285. die 2. Aprilis Perusij creatus, & 25. eiusdem mensis Romæ in Basilica Vaticana SS. Apostolorum coronatus, scribit

Epistolarum volumen in Vaticano asseruatum MS.

Eius testamentum asseruatur etiam MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Moritur Romæ in Monte Auentino anno 1287. die 11. Aprilis, sepelitur in Basilica Vaticana San-petrana prope Nicolaum II. Sedit annos 2. & dies 9. Vacat Sedes dies 10.

De eius scriptis Laurentius Beyerlinck, Antuerpiensis, Canonicus *lib. Apophthegmatum Christianorum pag. mihi 231.* Claudius Hemeræus Doctor Sarbonicus *lib. de Academia Parisiensi, cap. 8. pag. 82.* Andreas Victorellus S. Th. Doctor *addit. ad vitam Honorij IV.* Ioannes Pagæus Doctor Parisiensis *lib. 3. Bibliotheca Præmonstratensis.*

S. HORMISDA, Campanus, patria Frusinas, Papa 54. an-

no 514. die 26. Nouembris, creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolarum volumen MS. in Vaticano asseruatum, quarum octoginta ad diuerfos leguntur *tom. 3. Conciliorum generalium & Prouincialium* Seuerini Binij, cum quibusdam Epistolis ad Hormisdam, & eius Concilio Romano anno 518. celebrato. Quædam etiam eius *Epistola* asseruantur MSS. in Archiuo Arelatenfi.

Eius *Decreta* reperiuntur apud Iuonem, Burchardum, Isidorum, Gratianum, Cresconium, Iouerium, Carranzam & alios.

Obiit anno 523. die 6. Augusti, tumultatus in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annos 9. dies 10. Vacat Sedes dies 7.

Eius memoria celebratur eodem die in Martyrologiis, etiam Gallicano.

Eius Epistolæ memorantur à S. Remigio Archiepiscopo 15. Remensi in *Epist. ad Hormisdam*, Alcimo Auilo, Viennensi Archiepiscopo *ibid.* Hincmaro Remensi in *vita S. Remigij*, Floardo *ibid.* Trithemio *de script. Eccles.* Possuino, Ciaconio, Platina, Baronio, Gualtero, Auzolio, Coccio, Genebrardo, Henrico Canisio *tom. 5. Antiq. lect.* Garfia Loaysa in *Epist. Decret.* Vincentio Barralio in *Chronol. Lerinensi pag. 75.* Simone Barthelio in *Chronol. Prasulum Regiensium.* Bibliothecâ Gesnerianâ, Andrea Episcopo Præualitano in *Epyro Epistolâ ad Hormisdam.* Ioanne Episcopo Constantinopolitano *ibid.* hic Ioannes, proœmium affixit *libello* Hormisdæ Papæ. Possessore Africano Episcopo *ibid.* Ludouico Carbone *de script. sacris in part. 1. summa D. Thoma, cap. 8. & 29.* Francisco Hallerio in *defens. Eccles. Hierarch.*

S. HYGIVS, Atheniensis Philosophus, Papa 10. anno 154. die 11. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, quas Notis illustrauit Binus *tom. 1. Concil.* Prodierunt etiam *tom. 1. Epist. Pontif.* Item in *Collectionibus* Iouerij Parisiis 1555. & Lamberti Gruteri *cum argumentis* Ioannis Sichardi Basileæ 1536.

Decreta Hygini extât, teste Ioanne VVolfango Freymonio

nio IC. in *Indice Iurisperitorum*, pag. mihi 21. leguntur apud Gratianum, Isidorum, Petrum Nitardum, Bartholomæum Brixensem, & alios.

Obdormiuit in Domino anno 158. die 11. Ianuarij, sepultus in Vaticano iuxta corpus S. Petri. Sedit annos 4. Vacat Sedes dies 4. Alphonfus Ciaconius sub Hyginij Pontificatu, originem Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium, collocat.

De scriptis testes habemus Genebrardum, Volaterranum, Simoneram, Coriolanum, Coccium, Ekium *de Primatu Petri*, Canisium *de sacrific. Missæ*. Duchesnium *in eius vita*, Massonum *ibid.* Ciaconium *ibid.* Baronium, Gualterum, Camusium, Bibliothecam abbreviatam Gesneri, Andream Victorellum *in Additionibus ad vitam Hyginij Papæ*, Baptistam Platinam *in eius vita*, Franciscum Hallerium Doctorem Sorbonicum *in defensione Ecclesiastica Hierarchia*.

I.

SANCTVS INNOCENTIVS I. Albanus, Italus, Papa 41. anno 402. die 18. Martij creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas ad varios, quarum triginta quatuor habentur tom. 1. *Concil. cum Notis Bini*, ex Codice Vaticano; sed verò quoad *Epistolas* Innocentij ad S. Basilium, quæ ibidem asseruantur MSS. consule Baronium anno 417. num. 7. & 11. Eius *Epistola* ad Arcadium Imperatorem de S. Ioanne Chrysostomo extat MS. Græcè in Bibliotheca Sfortiana num. 106. Ei scribit Præylius Episcopus Hierosolymitanus pro Pelagio, quòd fuerit absolutus in Concilio Palæstino.

Eius *Decreta* memorantur à S. Augustino *lib. de gratia, cap. 30. & 31.* Gratiano, Isidoro, Burchardo, Iuone, & aliis; quæ latius promulgauit Zozimus Papa eius successor.

Regulas Monasteriorum ex Ciaconio.

Sanctitas Innocentij I. celebratur in Martyrologiis, & obiisse reperitur anno 417. die 5. Kalend. Augusti, h. e. 18. Iulij, sepultus est primò in cœmeterio Priscillæ ad Vrsam

Pileatum : deinde translatus in Basilicas SS. Syluestri & Martini de Montibus, quas nunc possident nostri Carmelitæ.

De scriptis Innocentij S. Hieronymus, S. Ioannes Chrysostomus *in Epist. ad Innocentium*, S. Basilius *ibid.* S. Augustinus *ibid.* Concilium Carthaginense *ibid.* Concilium Mileuitanum *ibid.* Petrus Diaconus *lib. de Incarnatione & gratia ad Fulgentium*, & alios Episcopos Africanos *cap. 8.* Nicephorus Callistus *l. 13. c. 34.* S. Prosper Aquitanicus Episcopus Regiensis in Provincia *in Chron. Glycas part. 4. Annal. Sozomenus l. 8. cap. 28.* Zacharias Papa *in Epist. ad Pepinum & Episcopos Franciæ.* Thomas Dempsterus *in hist. Scotia*, in qua facit eum Scorum *V. I. Gennadius cap. 43.* Trithemius, Posseuinus, Genebrardus, Baronius, Gualterus, Iacobus Auzolius, Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Alphonsus Salmeron *tract. 63.* Coriolanus *in summa Conciliorum, prælud. 10. pag. mihi 77. & in annot. ad Canones Apost. Bibliotheca Gelnneriana, Ludouicus Carbo de Script. sacr. in 1. 2. D. Thoma partem cap. 15. & 16. & in 3. part. cap. 37 §. de sacramento Extreme unctionis, Franciscus Hallier in defens. Eccles. Hierarch.*

INNOCENTIUS II. antea Gregorius de Papa, Romanus, Benedictinus, Papa 1163, anno 1130. die 14. Februarij creatus, & 20. Romæ coronatus, scripsit

In Cantica Canticorum commentaria, quæ MSS. asseruantur in Bibliotheca monasterij S. Galli apud Heluetios, referente erudito Posseuino S. I.

Epistolas varias, quarum duodecim leguntur *tom. 7. Concil. & tom. 12. Annal. Baronij*, quatuorve aliæ *in Chron. MS. Vezaliensi*, apud Iacobum Iauellum olim asseruato, vt testem habeo Andream Duchesnium *in eius vita.* In Innocentij defensionem aduersus Petrum Leonem Antipapam scripsit S. Norbertus Ordinis Præmonstratensis Fundator.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Augustinum Barbofam, & alios Decretorum Collectores, & *Concilia tom. 7. Concil.*

Moritur Romæ 1143. die 24. Septembris: sepelitur in Ecclesia S. Mariæ trans Tyberim cum sequenti Epitaphio à me sic viso.

Hic requiescunt venerabilia ossa sanctissima memoria Domini

Inno

Innocentij Papæ secundi, de domo Paparescorum, qui præsentem Ecclesiam ad honorem Dei Genitricis Mariæ, sicut est à fundamentis, proprijs sumptibus renouavit.

S. A. D. MCXLII. & An. D. M. CXLVIII.

De Innocentij II. scriptis consulendi sunt S. Petrus Mauricius Abbas 9. Cluniacensis l. 3. *Epist.* S. Bernardus in *Epist. ad Innocent.* Lotharius Imperator & Episcopi Germaniæ *ibid.* Conradus Abbas in *Chron.* Dodechinus Abbas S. Dysibodi *ibid.* Falco Beneuentanus *ibid.* Rochus Pyrrhus Abbas S. Eliæ in *notitia Episcopatum Sicilia.* Gunterus Ligurinus l. 3. *de gestis Friderici I.* Otto Episcopus Frisingensis l. 7. cap. 23. Vuión, Rupipozæus, Posseuinus, Genebrardus, Justinianus, Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Henricus Canisius IC. tom. 2. *Antiq. lect.* Henricus Episcopus Parisiensis in *Epist. ad Innocentium*, Angelus Manrique tom. 1. *Annal. Cisterc. ann. 1130. num. 12. 1132. cap. 1. num. 5. & 1136. cap. 2. num. 3.* Opera Petri Abaillardii *Epist.* 16. Alphonfus Rex Lusitaniæ *Epist. ad Innocent.* Bernardus Brito *lib. 3. cap. 4.* Andreas Victorellus *adit. ad vitam Innocentij II.* Ioannes Pagæus *lib. 2. & 8. Bibl. Premonstrat.*

INNOCENTIUS III. antea Lotharius, Comes Signinus, Anagninus, Papa 175. anno 1198. die 8. Ianuarij, creatus, & Romæ in Basilica S. Petri 22. Februarij coronatus, scripsit sub utroque nomine,

In septem Psalmos Pœnitentiales Commentaria. Antuerpiæ 1550. apud Ioannem Stelsium, Venetiis 1578. ad signum Falconis. Coloniae 1575. & 1578. in fol. apud Maternum Cholinum tom. 1. operum. Extant MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti volum. 95. hæc in Commentaria scripsit Thomas Toletanus, Dominicanus, Theologus eximius.

In Magistrum Sententiarum commentaria, ex Bibliotheca Posseuiniana lib. 6. cap. 1.

De contemptu mundi, seu de miseria hominis, libros 3. ad Petrum Cardinalem Portuensem, quorum exordium est: *Quare de vulua matris,* &c. Antuerpiæ 1540. 12. Venetiis 1538. in 16. Parisiis 1482. & 1594. in 12. & alibi. Extant MSS. in Bibliothecis

bliothecis Carmelitanis Ferrariæ & Genuæ, ubi vidi, sicuti & in illa egregia Florentina Medicea San-Laurentiana, *plut.* 21. Oxoniæ in illis Collegij noui *vol.* 260. *num.* 7. Mertonensi *vol.* 245. *n.* 2. Cantabrigiæ in publica 183. *n.* 2. S. Benedicti 19. *n.* 6. & 178. *n.* 1. Collegij Caij 92. *n.* 1. S. Petri 95. *n.* 1. Aulæ Penbrochianæ 5. *n.* 2. priuatæ Lumleianæ 17. 21. & 156. Gualteri Copi 137. Romæ in illa Cardinalis Barberini.

De eruditione Principum lib. 1. Afferuatur MS. Patauij in Bibliotheca Benedictina S. Iustinæ in fol. *plut.* 19. ex Bibliothecis Patauinis Tomasini.

Sermones de Tempore & Sanctis per anni curriculum, ad Arnulphum Abbatem Ordinis Cisterciensis Coloniae 1578. apud Cholinum, & 1606. sumptibus Gofuini Colin in fol. Extant MSS. in Bibliotheca Varmatiensi, & Oxoniæ in illis Mertonensi & Bodleiana.

De Officio Missæ, seu de sacro altaris mysterio, libros 6. incip. *Tria sunt præcipuè, in quibus*, &c. Cantabrigiæ MSS. in Bibl. S. Benedicti 223. *num.* 5. & in illa Bodleiana Antuerpiæ apud Ioannem Steolium 1540. *n.* 12. studio Ioannis Cochlei, & antea Lipsiæ 1534.

De sacramento Baptismi, lib. 1.

Ordinationem expeditionis pro recuperanda Terra sancta.

De Claustro animæ, lib. 1.

De Purgatorio, lib. 1.

De Consecratione Pontificis, homilias 4.

De Eleemosyna, lib. 1.

De Laude charitatis, lib. 1.

De Sanctorum veneratione, lib. 3.

Encomium in Christum & eius Matrem.

Profam, Stabat Mater dolorosa.

Hymnum Rhythmicum, incipientem: Ave mundi spes Maria.

Collectam, quæ incipit: Interueniat pro nobis, quasumus Domine.

Conciones Paræneticas duas, ad Concilium Lateranense habitas. Extant tom. 7. Concil. cum eius Conciliis, annotationibus Bipianis illustratis.

Singularia in iure, MSS. in Bibliotheca Bodleiana.

Mora

Moralitatem de Scacario, MS. Cantabrigiæ in Bibl. Collegij S. Benedicti 85. n. 2.

Constitutionum generalium, libros 5. Coloniae apud Cholinum 1575. & 1606. in fol. Oxoniae MSS. in Biblioth. Mertonensi 245. n. 3. & in illa Collegij noui 166. num. 3. Quaedam etiam leguntur in nostro vetere Codice Lugdunensi Carmelitano, cui titulus est: *Exceptiones Decretalium trium compilationum*.

Eius *Epistola Decretalis* de temporali iure Regum Franciæ. Prodiit 1611. in 8.

Epistolarum libros 4. Tolosæ 1635. in fol. cum notis Cl. V. Francisci Bosqueti Narbonensis IC. Regis in Sanctiore Consistorio Consiliarij. Quaedam etiam lucubrationibus suis illustrauit Cl. V. Paulus Dumey, Vasco, Senatus Diuionensis Consiliarius. Duo libri solummodo prodierunt Coloniae apud Maternum Cholinum, ubi præfixa est *eius vita*. Incerti Auctores. Extant MSS. in Bibliotheca Fuxiensi Tolosana. Pofseuinus in *Apparatu* de his tale profert testimonium: Decretales, quibus Iuris Canonici periti (inquit) vtuntur non minus in iudiciis, quam in scholis, quasque mandauit obseruari, quippe quibus præter alia, hæreses improbauit. In quibus, quod etiam Cardinalis Bellarminus notauit, in *cap. cum venisset*, de sacra vnctione, irrepsit à librariis mendum vnus verbi, quod sententiam turbat: habet enim, *non iudaizat Ecclesia, sicut antiqui mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei nouere virtutem*. Emendandum est illud, *antiqui*, ac legendum est, *aliqui*: nam ipse Innocentius ex antiquis ipsis suam maximè sententiam probat. hætenus ille.

Moritur Perusij anno 1216. die 16. Iulij, sepelitur in Cathedrali S. Laurentij. Sedit annos 18. mens. 6. & dies 9. Vacat Sedes dies 2.

Eius vita à quodam Anonymo conscripra. Vidi MS. Romæ apud R. P. Odericum Raynaldi, Congregationis Oratorij de Vrbe Sacerdotem eruditissimum, & Annalium Ecclesiasticorum Baronianorum Continuatore diligentissimum, forsan eadem ac illa, quam præfixit Franciscus Bosqueus, quia è Tolosa Romam delata ad Cardinalem Baronium, vt me monuit

nuit prædictus ille Pater Odericus : præterea de rebus gestis consulendi sunt Martinus Polonus Conradus Lichtenau, Nicetas Choniates, Anonymus Vaticanus *de rebus Siculis*, Chronicon Trithemij & Sigeberti, Ciaconius, Duchesnius, Masfonus, Tempesta, Binius, Baptista a Glano, Platina, Onuphrius, Gabriel Pennottus, Iacobus Gretserus *aduersus Plesseum Mornæum Caluinistam*.

Eius scripta à variis citantur, & laudantur, nempe Trithemio, Bellarmino, Pennoto, Pagæo, Possuino, Molano, Iustiniano, Schotto, Sixto Senensi, Angelo Rocca, Rupipozæo, Ciaconio, Spondano, Carbone, Petro Blanchot, Bzouio, Genebrardo, Coccio, Maraccio, Ioanne Picardo, Bellouaco *in Notis ad Epist. 42. S. Bernardi*. Ioanne Lorino Auenionensi *in præfat. in Psalmos Dauidicos, cap. 16.* Francisco de Puteo Generali 35. Carthusiano, *in Comment. in Psalmos. Canisio l. 3. cap. 27. de Beata Virgine & alibi.* Philippo Gamachæo S. Iuliani de Scalariis apud Turones Abbate *in 1. 2. quest. 110. de natura gratiæ, cap. 1. & alibi.* Gonono *in Chron. Dei. paræ pag. 210.* Philiberto Fresayo, Carmelita, Professore Regio Aquensi *in Indice auctorum, qui de Incarnatione scripserunt*, Paulo Sherlogo *pag. 478.* Stanislao Hosio Cardinali *in Confess. fidei cap. 10. V. Valdensi de sacramentis cap. 48.* Sanctæo *de rebus Eucharistiæ.* Leone Rege Armenorum *Epist. ad Innocentium III.* Paulo Morigia *in Innocentio III.* Ioanne Angelorum Rege *Epist. ad eund.* Matthæo Parisiensi *in Ioanne Anglorum Rege*, Claudio Hemeræo *lib. de Academia Parisiensi*, Petro de Vallibus *in Historia Albigensum. Epistolâ Synodi Vaurensensis ad Innocentium.* Ioanne Baptista de Lezana, Carmelita, *in Apologia pro S. Dei Propheta Elia inuocando, &c. S. D. N. Urbano VIII. dicata, & penes me M. S. assertata cap. 2. num. 3. & cap. 6. num. 26.* Iacobo Gretsero *lib. de munificentia Principum in sedem Apostolicam*, Alphonso Hispaniarum Rege *Epist. ad Innocentium.* Ioanne Mariana *ad ann. 1210.* Luca V Vadino *tom. 1. Annal.*

INNOCENTIVS IV. antea Sinibaldus Fliscus, Genuensis, Papa 179. anno 1243. die 24. Iunii Anagninæ creatus, ibidemque 28. eiusdem mensis coronatus in Cathedrali, scripsit

CONTRA

contra Petrum de Vineis, Friderici Imperatoris Cancellarium.

De potestate Ecclesiastica Apologeticum MS. in Vaticana Bibliotheca.

De potestate Imperij & Ecclesie librum alterum, ex Possuino.

Interpretationes in vetus Testamentum.

Vitam S. Guilielmi Episcopi 79. *Briocensis* MS. in Vaticano.

Officium, quod in Natiuitatis B.V. Mariae Octaua legi & cantari solet, ordinauit, ex Baronio in *Notis Martyrology*, ad diem 15. Septembris.

Regulam Clarissarum lib. 1. *Forma vite Ordinis* MS. in Vaticano.

Exceptionum librum.

Authenticas, quas addidit ad Gregorij IX. *Decretales*.

Commentaria, seu *Apparatum super* lib. 5. *Decretalium*. Legitur in *Ezechiele*, quæ Petrus Vendraminus ad veterum & recentiorum exemplarium fidem contulit, cum *annotationibus Iurisconsultorum*. Francofurti 1570. fol. cum *Margarita Baldi de Vbaldis Perusini*, Lugduni 1525. & 1578. fol. *Veneretis* 1570. fol. & 1578. cum *Notis Pauli Roselli*. Patavij in Ecclesie Cathedralis Bibliotheca reperitur Innocentius *super Decretales*, in membr. fol. sed incipit *Hanc Decretalem*, teste Iacobo Philippo Tomasino in *suis Bibliothecis Patavinis*, pag. mihi 3. Sed an idem, nihil certi habeo, ob initij diuersitatem. Oxoniae etiam in illa Collegij noui vol. 134. reperitur *Summa Innocentij IV.*

Regesti Innocentij volumina quinque in Bibliotheca Vaticana MSS. asseruantur, & eius Concilium Lugdunense habetur tom. 7. *Concil.* cum *Notis Binij.*

In *Sextum Decretalium* scripsisse etiam fertur, ex Possuino.

Epistolarum ad diuersos librum.

Moritur Neapoli anno 1254. die 13. Decembris, sepelitur ibidem in Ecclesia Cathedrali, cum sequenti Epitaphio, ab Umberto Archiepiscopo Neapolitano apposito, deinde ab Annibaldo Capuano restituito.

Q

Hic

Hic Superis dignus requiescit Papa benignus,
 Latus, de Flisco, sepultus tempore prisco:
 Vir sacen. & rectus, sancto velamine tectus.
 Vt iam collapsa mundo temeraria passo,
 Sancta ministrari vrbs posset quoque rectificari.
 Concilium fecit, veteraque iussa refecit.
 Hæresis illisa ex tunc extitit, atque recisa.
 Mania direxit, rectè sibi credita rexit;
 Strauit inimicum Christi colubrum Eridericum.
 Inuua de nato gaudet sic clarificatio,
 Laudibus immensis vrbs tu quoque Partenopisis.
 Pulchra decore satis, dedit hic sibi plurima gratis,
 Hoc titulauit ita Vmbertus Metropolita.

Innocentio I V. Pontifici Maximo de omni Christiana
 Republica optimè merito, qui natali S. Ioannis Baptistæ an-
 no MDCXXII. Pontifex renunciatus, die Apostolorum Princi-
 pi sacra coronatus, quum purpureo primus pileo Cardinales
 exornasset: Neapolim à Conrado euersam S. P. restituen-
 dam curasset, innumerisque aliis, præclare & propè diuinè
 gestis, Pontificatum suum quàm maximè illustrem reddidisset,
 anni MDCLXIII. Beatae Lucie Virginis luce, hac luce cess-
 sit, Annibal de Capua Archiepiscopus Capuanus in San-
 ctissimi viri memoriam aboletum vetustate, epigramma re-
 stituit.
 Sedit annos 11. menses 5. & dies 12. Vacat Sedes dies 16.
 Ejus vitam scripserunt, præter auctores communes Pon-
 tificios, Ioannes Diplouatarius, vel Diplouatius, Patriarcha
 Constantinopolitanus, Paulus Pansa, & Thomas Costus.
 Inter Ecclesiasticos scriptores enumeratur à Trithemio,
 Posseuino, Rupipozæo, Ciaconio, Platina, Ioanne Fichardo,
 Freymonio, Pancirolo, Coccio, Genebrardo, Gualtero, Ges-
 nero, Bellarmino, Petro Gerardo Patauino, Ioanne Tarcha-
 gnota, Italo, part. 2. hist. Mundi l. 14. Volaterrano in Antropo-
 logia. Petro Arcutio, Corcyæo l. 6. ide Concordia Ecclesia
 Orientalis & Occidentalis. Richardo VVichio, Anglo, Episco-
 po Cicestrensi in Epistolis ad Innocentium I V. contra Regem
 Angliæ Henricum I I I. Ecclesiastica bona vsurpantem, Paulo
 Morigia

Morigia in *Innocentio IV.* Claudio Hemeræo *lib. de Academia Parisiensi, cap. 2.* Bibliothecâ Classicâ Georgij Draudij, Carolo Sigonio *de Regno Italia lib. 19.* Iacobo Gretsero *aduersus Philippum Mornæum*, Ioanne Pagæo in *Bibliotheca Præmonstratensi lib. 2. & 3.*

INNOCENTIVS V. antea Petrus de Tarentasia, Burgundus, Ordinis Prædicatorum, Papa 184. anno 1276. die 21. Ianuarij Aretij absens creatus, & Romæ in Basilica Vaticana die 22. Februarij coronatus, scripsit

In Pentateuchum Commentaria.

In Cantica Canticorum.

In Psalmos Dauidicos.

In Euangelia.

In Lucam.

In omnes Epistolas Paulinas lib. 14. incipiunt, Principia rerum.

Sixto Senensi verò, *Vas electionis.* Asseruantur MSS. Cantabrigiæ in Bibl. publ. vol. 49. Tiguri etiam in publica. Cremonæ apud Augustinianos, Toleti apud Dominicanos Cœnobij S. Petri Martyris, & Bononiæ in communi Dominicanorū Bibl.

In multos alios sacrae Scripturae libros *Commentaria* etiam composuisse fertur.

Omnia D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici opera *in compendium* redegit. Item scripsit

Compendium Theologiae. incip. *veritatis Theologicae.* Prodiit Parisiis 1551. in 12. apud Audoënum Paruum. Tamen variis aliis auctoribus tribuitur; sed germanum opus Innocentij esse, ex variis auctoribus constat.

In Sententias lib. 4. incip. Nunquid nosti ordinem. Extant MSS. separatim diuersis in Bibliothecis, nempe Parauij apud Franciscanos Conuentuales S. Vrsulæ; *in secundum Sententiarum* in fol. sub nomine *Petri de Tacantasio.* Oxoniæ in Bibliotheca Lincolnienfi. *In quartum Sententiarum vol. 35.* Cantabrigiæ in illa S. Petri 67. vnà cum S. Bonauentura Cardinali, Franciscano, Doctore Seraphico *in quartum Sententiarum.* Item in illa Penbrochiana vol. 160. sub hoc titulo: *Excerpta de Summa in lib. Sentent.*

S. Thomas Aquinas habet inter opuscula *Responsonem de*

Q 2

Articulis

Articulis centum & octo sumptis, & aliis ex opere Petri de Tarentasia ad Fr. Ioan. Vercellensem Generalem Magistrum Ordinis Predicatorum.

De mundi aeternitate, tractatum, seu lib. 1.

De intellectu & voluntate, lib. 1.

De formarum unitate, lib. 1.

De caeli materia, lib. 1.

Orationem, quam habuit Lugduni coram coetu Cardinalium in S. Bonaventurae funere.

Obiit Romae anno 1276. die 22. Iunij: sepultus in Basilica Constantiniana Laterani. Sedit menses 5. & dies 2. Vacat Sedes dies 20.

De laudibus Iacobus Seuertius, Ioannes Riudadellus, Seraphinus Razzius.

De eius doctrinâ testes habemus S. Thomam eius doctrinae defensorem. Antonium Senensem *in Chron. Ord. Præd.* Bartholomæum Dominici Episcopum Comensem *ibid.* Bernardum è Castro S. Vincentij *ibid.* Albertum Castellanicum *ibid.* Constantinum Fabriensem *ibid.* Felicem è Castro nouo, Bononiensem *ibid.* Ferdinandum de Castillo *ibid.* Galuanum Flammam, Mediolanensem *ibid.* Thomam Maluendam, Hispanum *ibid.* Guidonem Flonochetum *ibid.* Iacobum Suzatum *ibid.* Hieronymum Albertucium Bursellum, Bononiensem *ibid.* Leandrum Albertum *ibid.* Michaëlem Pium *de Ill. viris Ord. Præd.* Petrum Loudetum, Sequanum *ibid.* Ambrosium Gazæum *ibid.* S. Antoninum *in Chron.* Bzouium *in Annual.* Ioannem de Ragusio *in oratione de communione sub utraque specie*, Henricum Kalteisen, Germanum *in oratione in Concilio Basiliensi habita, de libera predicatione Verbi Dei*, omnes Dominicanos. Ioannem de Polemar Barchinonensem *in oratione ibidem habita de civili dominio Clericorum*, Tritheimium, Posseninum, Bellarminum, Molanum, Schottum, Ruppipozæum, Iustinianum, Genebrardum, Carbonem, Guilielmum Paradisum *in hist. Lugduni*, Claudium Rubizium *ibid.* Iacobum Seuertium *in Petro de Tarentasia*, Leonardum Saracenum *ibid.* Claudium Robertum *ibid.* Gesneri Bibliothecâ, Ciaconium *in eius vita.*

INNOCENTIUS VI. antea Stephanus Aubertus, vel Alberti, patriâ Montensis, diœcesis Lemouicensis, Papa 198. anno 1352. die 28. Decembris Auenione creatus, & die 30. coronatus, scripsit

Sermones aliquot.

Decreta Ecclesiastica.

Institutiones quasdam Foroliuiensibus composuisse etiam fertur, teste Possuino.

Epistolarum volumina XV. aliis XIX. in Bibliotheca Vaticana afferuari compertum habetur.

Mortuus est Auenione, anno 1362. die 12. Septembris: sepultus in Ecclesia Carthusiana Villæ nouæ, vbi viuens sibi parauerat sepulchrum cum sequenti Epitaphio:

Hic iacet Beatissimus Papa Innocentius Sextus, primus Fundator huius domus, qui obiit 1362. die verò 12. mensis Septembris, cuius anima requiescat in pace. Amen.

De rebus gestis Ioannes Sauaro in Originibus Claromontanis V. Stephanus Aubertus, Ægidius Romanus Cardinalis, Androicus de Rocca Cardinalis.

De scriptis Innocentij VI. Rupipozæus Episcopus Pictauiensis in *Cardinalium Nomenclatura*, Laurentius Beyerlinck lib. *Apophthegm. Christ.* VVadingus in *Registro Pontificio tom. 3. Annal. Minorum*, & in *illo vitæ S. Petri Thomæ Aquitani, Carmelita, Patriarchæ Constantinopolitani*, Henricus Spondanus in *continuatione Baroniana*. Andreas Victorellus *ibid.* Ioannes Pagæus lib. 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis*.

INNOCENTIUS VII. antea Cosmas Melioratus, Sulmonensis, Papa 203. anno 1404. die 17. Octobris creatus Romæ, & die 2. Nouembris coronatus, scripsit

Orationem grauissimam in consessu Cardinalium de Ecclesiastica vnione, habitam.

Epistolas item quasdam, ex Andrea Duchesnio in eius vitâ, consule tom. 5. Annal. Minorum Luca VVadingi.

Migravit anno 1406. die 6. Nouembris: sepultus in Basilica Vaticana B. Petri, in Sacello, S. Thomæ Apostolo dicato, cum sequenti Epitaphio:

Innocentio Septimo Pontifici Maximo, cum neglecti eius sepul-

Q 3 *chri*

chri memoria penè interijset, Nicolaus V. Pontif. Maxim. restitui curavit. Sedit annos 2. & dies 21. Vacat Sedes dies 24.

De laudibus Innocentij Bartolus Lucanus, Henricus Langesteyn, Ioannes Colton, Laurentius Beyerlinck, Antuerpiensis eum commemorat *lib. Apophthegm. Christ. pag. 97. & 98.* Apparatus Sacer Antonij Posseuini *v. l.* Andreas Duchesnius *in eius vita.*

INNOCENTIUS VIII. antea Ioannes Baptista Cybo, Genuensis, Papa 213. anno 1484. die 29. Augusti creatus, & 12. Septembris Romæ in Vaticano coronatus, scripsit

Regulas, quas vidi MSS. in Bibliotheca Cœlestinorum Auenionensium.

Epistolarum volumen, Viennæ Austriæ in Bibliotheca Cæsarea MS. asservatum, referente Posseuino v. l. Quædam leguntur inter Epistolas Angeli Politiani. Ei scripsit Epistolas Imperatorum Turcarum. Extant MSS. Romæ in Bibl. S. Mariæ in Vallicella.

Constitutiones Ecclesiasticas, & litteras Apostolicas; quæ reperiuntur in magno Bullario Pauli Rubei, & in alijs Collectionibus.

Efflavit animam anno 1492. die 25. Iulij: tumulatus in Basilica Vaticana San-petrana, sub tumba ænea cum sequenti inscriptione sepulchrali:

Ego autem in innocentia mea ingressus sum, redime me Domine, & miserere mei. Sedit annos 7. mens. 10. & dies 27. Vacat sedes dies 17.

De rebus gestis & laudibus Innocentij Franciscus Vialardus, Leonettus Episcopus Concordiensis, Robertus Guiba, Rector de Flisco, Guilielmus Rouillius, Baptista Mantuanus, Carmelita; Bernardinus Caruaial, Cardinalis; Antonius Giraldinus, Ardycinus de la Porta, Ioannes Camerarius de Dalburg, Raphaël Volaterranus, Rodolphus Agricola, Angelus Politianus *Epist. ad Ioannem Petrum Vrbinate Episcopum*, Vbertus Folieta, Ioannes Bruchardus, Titus Vespasianus Stroza, Ioannes Franciscus Marlianus, Ioannes Neumhauser, Bartholomæus Scala, Guilielmus Caor, Valascus Fernandus,

nandus, Petrus Cadoatus, Philippus Cheurerius.
De eius scriptis Balthasar V Verlinus, Colmariensis in ad-
ditionibus ad Trithemium, Angelus Politianus in Epist. ad In-
nocentium. Ardicinus de la Porta, Episcopus Omurziensis,
Cardinalis *ibid.* Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium*,
Coccius in *Thesauro Catholico* l. 4. de Angelis, art. 8. Alphon-
sus Salmeron tract. 69. Bibliotheca Gesneriana, Andreas Vi-
ctorellus *addit. ad vitam Innocentij VIII.*

INNOCENTIUS IX. antea Ioannes Antonius Fachinettus,
patriâ Bononiensis, Papa 231. anno 1591. die 30. Octobris
creatus, & die 3. Nouembris in Vaticano coronatus, scripsit
teste Posseuino oculato v. l.

Moralia quadam.
Aduersus Machiavelum.
In libros etiam Politicorum Platonis nonnulla, quæ MSS. apud
hæredes dignè asseruantur.

Epistolas varias Latine. Extant MSS. Viennæ in Bibl. Imper.
Item Constitutiones nonnullas.

Moritur anno 1591. die 29. Decembris: sepelitur in Basi-
lica Vaticana S. Petri. Sedit menses 2. Vacat Sedes mens. 2.
De Innocentio præter scriptores *vitæ Pontificiarum*,
consule Angelum Roccam, Benedictum Iustinianum S. I.
Cabreram, Laurentium Beyerlinck.

Hæc scripta memorantur ab eruditissimo Rupipozæo in
Nomenclatura Cardinalium, Antonio Sanderio *lib. de Claris*
Antonij. Andrea Duchesnio in *eius vitâ.* Iosia Simlero Ab-
breuiatore *Bibliothecæ Gesnerianæ.*

S. IOANNES I. natione Tuseus, Papa 35. anno salutis 523. die
13. Augusti creatus, scripsit
Epistolas Decretales duas, à Seuerino Binio egregiis notis il-
lustratas *tom. 3. Concil.* Extant etiam *tom. 7. Annal. Baronij*, &
tom. 1. Epistolarum Pontificiarum 3 vnica verò habet Franci-
scus Iouerius. Extant MSS. in Archiuiò Arelatensi.

Decreta Ioannis habes apud Isidorum Mercatorem, Iuo-
nem, Gratianum, Burchardum, Carranzam & alios recen-
tiores.

Explicatio in Euangelia Dominicalia totius anni Ioannis
Papæ

Papæ veteris Romæ, olim in quadam Bibliotheca Constantinopolitana afferuabatur, teste Antonio Verdero; sed an sit istius Ioannis, vel alterius, nihil prorsus certi habeo.

Iosephus Pamphilius, Augustinianus, Episcopus Signinus, in suo Augustiniano Chronico nostro Ioanni perperam tribuit librum de duabus naturis aduersus Eutychem, vt supra in Gelasio I. demonstrauius.

Martyrio coronatur Rauennæ anno 526. die 21. Maij, tandem eius sacrum corpus Romam delatum est die 27. Maij, collocatumque in Vaticana Basilica S. Petri miraculis fulgens. Sedit annos 2. mens. 9. & dies 8. Vacat Sedes menses 2. & dies 3.

Eius insigne martyrium memoratur in Martyrologiis die 27. Maij, qui est translationis, sicuti & l. 3. cap. 2. Dialogorum S. Gregorij Magni.

De Epistolis testimonia habemus apud Thomam VValdensensem, Carmelitam tom. 2. de Sacramentis, Genebrardum, Coriolanum, Camusium, Auzolium, Gualterum, Possëuinum in Apparatu sacro v. I.

S. IOANNES II. cognomento Mercurius, Romanus, Papa 58. anno 531. mense Decembri creatus, & 22. Ianuarij coronatus ex Ciaconio, scripsit

Epistolas quinque, quæ leguntur tom. 3. Concil. cum Epistolis Responsoris ad Ioannem, & tom. 7. Annal. Baronij. Inter has Epistolas, vna dirigitur ad Iustinianum Imperatorem, quam & in suum Codicem idem Imperator voluit referri l. 8. cap. de Summa Trinitate, & fide Catholica. Altera ad Senatores legitur tom. 4. Bibliotheca Patrum edit. 4. Caroli Morellii.

Eius Concilium Romanum & Decreta extant tom. 3. Concil. & apud Gratianum, Iuonem, Isidorum, Burchard. & alios.

Decessit anno 535. die 26. Iunij ex Anastasio, sed aduersatur à Cardinali Baronio. Sepultus in Basilica Vaticana S. Petri Manlij monumentis desumptis.

Hic tumulus vatis conseruat membra Ioannis,
Ordine Pontificum qui fertur iure secundus.

Licet

Licet in extremis solers, fidusque minister
 Claruit, & primus iure Leuita fuit.
 Missus ad Imperium vice Praesulis, extitit auctor,
 Hunc memorant Synodus, Pontificisque thronus.
 Cum titulis fidei vigilantia quanta regendi
 Commissas animas, ne lupo hostis oues
 Carperet, ammixtus, premeret potentior unam,
 Iustitiam cunctos iussit habere parem.
 Prouidus, humanus, summus, verusque Sacerdos,
 Nil temere, atque nimis, pondere cuncta gerens.
 Hæc ibi, nonnihil, ut vides, deprauata. Porro eius sepul-
 chro successorem Agaperum hoc indidisse Epitaphium, ex
 sequenti possumus intelligere.

II.

Mente piâ viuens Christi nutritus in aula,
 Et solâ gaudens simplicitate boni.
 Blandus in obsequijs, & puro plenus amore,
 Pacificam vitam iure quietis agens.
 Qui gratus populis, & celsus dignus honore
 Sumpsisti meritis Pontificale decus.
 Commissumque tibi pascens, bonitate magistrâ,
 Seruasti cunctum sub pietate gregem.
 Pro quo ritè tuum venerans Agaperus honorem,
 Præstitit hæc tumulo munera grata tuo.
 Qui nunc Antistes Romana celsus in urbe,
 Sedis Apostolicæ culmina sacra tenet.

Sedit annos tres, ex supputatione Biniana, quam in om-
 nibus & per omnia sequimur.

De Epistolis loquuntur Epiphanius Episcopus Constan-
 rinopolitanus in Epist. ad Ioannem. S. Cæsius, Cabilonensis,
 Episcopus Arelatenfis ibid. Liberatus Diaconus in Breuiario.
 Andreas Alciatus I C. Mediolanensis l. 4. parerg. 23. Iacobus
 Cuiacius Tolosanus I C. l. 12. Cassiodorus variar. l. 11. cap. 2.
 Coccius in Thesuro, Bellarminus l. 2. de Rom. Pont. cap. 14.
 & 170. Simon Bartelius in Contumelioso, Nicolaus Coëffeteau
 pag. 317. Posséuinus in Append. ad tom. 1. Appar. v. I. Ludo-
 uicus Carbo de script. sacr. in 3. partem D. Thomæ cap. 29.

R

Athala

Athalaricus Rex Italiae *Epist. ad Ioannem* 2. quæ à Cassiodoro refertur, Alphonfus Ciaconius *in Ioanne* 11.

S. IOANNES III. cognomento Catellinus, Romanus, Papa 63. anno 559. die 27. Iunij creatus, & 17. Iulij consecratus, scripsit

Epistolas nonnullas, quarum vna habetur ad Edaldum Archiepiscopum 40. Viennensem, *in Bibliotheca Floriacensi*, Ioannis à Bosco, aliàs *du Bois*, part. ult. pag. 10. & tom. 7. *Annal. Baronij ann. 572.* Altera tom. 4. *Concil. cum Notis Binianis*, sed commentitia, vt Baronius & Binus probant, aduersus Ildorum Mercatorem primum huius Epistolæ approbatorem. Altera ad Episcopos Germaniæ & Galliæ citatur à Thoma Nettero, vulgò V Valdensi Carmelita, tom. 2. *de sacramentis*, cap. 115. pag. mihi 201.

Annotatiuncula.

Quoad Epistolam Edaldo scriptam, aliqui tribuunt Ioanni V. aduersus Ioannem à Bosco, & Baronium, vt verius; quia iste Edaldus vixisse compertum habemus anno 650 vt liquidò constat ex *Chronologijs Archiepiscoporum Viennensium Democharis, Lieurei, Chenutiij, Petri Villarij, Claudij Roberti, & Iacobi Survertij*, ideo corrigendi (saluo meliori iudicio) Baronius, & Boscus, nisi sint duo Episcopi eiusdem nominis.

Mortuus Romæ anno 572. die 13. Iulij, sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 13. & dies 14. Vacat Sedes menses 10. & dies 3.

Posseuinus *in Apparatu sacro* v. I. Coccius *in Thesauro*. Barbosa *in Decretum*, Genebrardus l. 3. *Chronolog.* Iacobus Gualterus *fac. 6. col. 1. & 5.* Ekius *de Primatu Petri*. Andreas Duchesnius *in eius vita*. Ioannes Petrus Camusius *ibid.* Franciscus Longus à Coriolano *in Breuiario Chronol.* Alphonfus Ciaconius *in Clemente I. & in Ioanne III.* Anastasius *Bibliothecarius ibid.* Baptista Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.*

IOANNES IV. natione Dalmata, patriâ Iaderensis, Papa 74. anno 640. aliis 639. die 25. aliis 31. Decembris creatus, & coronatus Romæ, scripsit

Archidia

II

Epistolam

Epistolam ad Episcopos, & Presbyteros Scotiae, de Paschate, more Catholico celebrando, & reuiviscente Pelagiana haeresi diligenter cauenda. Extat tom. 4. *Concil.* cum eius Concilio Romano: quo Ecthesis Heraclij Imperatoris, ne non Monothe-
licarum haeresis condemnantur.

Moritur Romæ anno gratiæ 641. die 12. Octobris, sepe-
litur in Vaticano, more Prædecessorum. Sedit annum 1.
mens. 9. & dies 6. Vacat Sedes mens. 1. & dies 13.

De hac Epistola loquuntur V. Beda *lib. 2. cap. 19. hist. Angli-
cana.* Theophanes Bizantius, Cardinalis Baronius *tom. 8. An-
nal. ann. 639. num. 6.* Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus
Aquensis *in Chronolog.* Iacobus Gualterus *facul. 7. col. 1. Biblio-
theca abbreviata Gesneri.*

IOANNES V. Antiochenus, Papa 84. anno 685. die 22. vel 25.
Iulij, creatus, & die 30. Romæ coronatus, scripsit, teste Platina,
De Pallij dignitate libellum.

*Epistolam ad Edaldum Archiepiscopum 40. Viennensem, vt
suprà diximus, huic direxit Epistolam Iustinianus iunior Imperator,* que suspecta esse videtur, ex Baronio, & Binio.

Decessit Romæ anno 686. die 2. Augusti, sepultus in Ba-
silica Vaticana B. Petri. Sedit annum 1. & dies 9. Vacat Se-
des mens. 2. & dies 18.

De rebus gestis Ioannes Riudadellus.

Ioannes Ekius, Theologus Celeberrimus *l. 3. de Primatu
S. Petri cap. 15. pag. mibi 19.* eius scripta commemorat, & Al-
phonfus Ciaconius *in Ioanne V. Anastasius ibid.*

IOANNES VII. Græcus, patriâ Rossanus, Papa 88. anno 705.
die 1. Martij creatus, & consecratus, scripsit

*Epistolas nonnullas, præsertim ad Edilredum & Alfridum
Anglorum Reges, vt constat ex Beda l. 5. cap. 20. hist. Angl.
& tom. 5. Concil.* legitur eius Concilium Romanum ad Instan-
tiam Iustiniani Imperatoris pro Canonibus Sextæ Synodi
confirmandis, vel reprobandis anno 705. Indictum *cum No-
tis Binij.*

Moritur anno 707. die 18. Octobris, sepeliturque in Ba-
silica Vaticana S. Petri. Sedit annos 2. menses 7. & dies 17.
Vacat Sedes menses 3.

IOANNES VIII. Romanus, Papa 109. anno 872. die 14.
 Decembris creatus, & Romæ consecratus, scripsit
 Epistolas quamplurimas ad diuersos, quarum 312. tom. 7. Con-
 cil. leguntur cum eius Conciliis, & Commonitorio aduersus
 Photium, ab ipso Photio tamen falsato, quod asseruatur MS.
 Græcè in Bibliothecis Regis Christianissimi, & Heildeber-
 gæ. Animaduertendum est, quod sub nomine *Agapeti Papæ*,
 quædam eius Epistolæ reperiuntur, inter quas legi vnâ in
 vetera Cartulario S. Marcelli Cabilonenfis, quod MS. penes
 me asseruatur. Extant omnes MSS. in Vaticano.

Eius constitutio *de iure Cardinalium*, extat tom. 7. Concil. &
 tom. 10. *Annal. Baronij* anno 882. num. 8.

Migrauit Romæ anno 882. die 15. Decembris, sepultus
 ante Basilicam Vaticanam B. Petri, prope ianuam cum se-
 quenti Epitaphio, ex Petro Manlio, desumpto.

Præsulis octauæ requiescunt membra Ioannis,

Tegmine sub gelido marmorei tumuli.

Moribus ut pareat fulsit qui mente beatus,

Altisonis comptisq; actibus & meritis.

Iudicij custos mansit, pietatis amator,

Dogmatis & veri plurima verba docens.

De segete ac Christi pepulit zizania saepe,

Multaque per mundum semina sudit ouans.

Prudens & doctus verbo, linguaque peritus,

Solertem seseque omnibus exhibuit.

Et nunc cœlicolas cernit super astra phalanges,

Spretor enim mundi, possidet astra poli.

Sedit annos 10. & diem 1. Vacat Sedes dies 13.

Eius vitam scripserunt Petrus Guilielmus, Cardinalis,
 Martinus Polonus, Platina, Onuphrius, Ciaconius, Duches-
 nius, & alij.

De Epistolis Ioannis VIII. Apparatus facer *Possuini*. Leo
 Ostiensis in *Chron.* Aimonius in *hist. Franc.* Oderannus Mo-
 nachus Senonensis in *Annal.* Papyrius Massonus *ibid.* Petrus
 Pithœus *ibid.* Flodoardus in *Hincmaro*. Iacobus Sirmondus
super Flodoardum. Carolus Sigonius *de regno Italia.* Binius
in Appendice. Nicolaus Camuzatus in *historia Trecenti.* Ioan-
 nes

nes Iacobus Chiffletius, Vesuntionensis *part. 2. sua Vesuntionis Imperialis pag. 182.* Coccij *Theaurus*, Petrus Cotton *lib. 2. Instit. Cathol. cap. 14.* Petrus de Marca, Carolus Caluus *in Epist. ad Ioannem VIII.* Constantinus Caietanus *comment. in Gelasij II. vitam.*

IOANNES IX. Tiburtinus, Benedictinus, Papa 117. anno 901. die 9. Septembris creatus, scripsit

Epistolas, quarum duæ habentur *tom. 7. Concil.* cum tribus eius Conciliis, & *tom. 10. Annal. Baronij.*

Obiit Romæ anno 905. sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio:

Ecclesia specimen, clarissima gemma bonorum,

Et mundi dominus hic iacet eximius.

Ioannes meritis effulsit in ordine nonus,

Inter Apostolicos quem dedit Altitonans.

Concilijs docuit ternis qui dogma salutis

Observare, Deo munera sacra ferens.

Temporibus cuius novitas abolita mali est,

Et firmata fides quam statuere Patres.

Qui moriturus eris, Lector, dic: Papa Ioannes

Cum Sanctis capiat regna beata Dei.

Sedit annos 3. & dies 15. Vacat Sedes diem 1.

De *Epistolis* Sigebertus Gemblacensis *anno 903.* Hieronymus Rubeus *in hist. Rauennæ*, Carolus Sigonius, Ioannes Minghinus.

IOANNES X. Cinthius, Romanus, Papa 124. anno 913. die 24. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas varias, cui rescripserunt Constantinus VIII. Imperator Orientalis. Ordonius Rex Legionensis, Heribertus Comes Veromanduorum, S. Sifinandus Episcopus Compostellanus, & Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus.

Obiit, seu potius in carcere suffocatur, iussu Guidonis, Hugonis Imperatoris fratris, anno 928. Laterani sepultus.

De *Epistolis* consulendi sunt Ambrosius Morales *lib. 15. cap. 47. Chron. Hispania.* Baronius *anno 918.* Spondanus *ibid.* Seuerinus Binius *in Appendice ad tom. 7. Concil.* Andreas Duchesnius *in eius vita.*

IOANNES XI. patriâ Romanus, Papa 127. anno salutis 931. die 11. Decembris creatus, scripsit

Epistolas, quarum duas possidebat Princeps historicorum nostræ ætatis Andreas Duchesnius. Vtinam aliæ nobis forent notæ. Duo eius Concilia extant in *summa Concil.* Coriolani.

Obiit anno 936. Sepultus in Basilica Constantiniana Laterani. Sedit annos 5. & aliquot menses. Vacat Sedes dies 12.

Consule Duchesnium in *vita Ioannis XI.*

IOANNES XII. antea Octavianus dictus, Romanus, Papa 132. anno 955. die 9. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas quasdam, præsertim ad S. Dunstanum Archiepiscopum 23. Cantuariensem, quas recitant Guilielmus Malmesburiensis de *gestis Pontificiorum Anglorum*, in Dunstano. Baronius anno 960. & Binius tom. 7. *Concil.* cum eius Concilio Romano notis illustrato. etiam Coriolanus in *summa Concil.*

Obiit 964. pridie Idus Maij: sepultus in Laterano, vt restatur Laërtius Cherubinus. Sedit annos 9. menses 3. dies 5. Vacat Sedes dies 12.

In eius defensionem scribit eruditissimus Ioseph Maria Suarezius Episcopus Vasonensis, consule etiam Petrum Guillermmum in *eius vita*, & alios.

De Epistolis Osbertus Monachus, Anglus, in *vita S. Dunstani*. Sigebertus in *Chron.* Nicolaus Coëffeteau, Episcopus Massiliensis *aduersus Philippum Plessæum Mornaum Calvinistam* pag. 593. & seqq. Camus in *Ioanne*. Duchesnius *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.*

IOANNES XIII. patriâ Romanus, Papa 134. anno 965. die 2. Octobris creatus, scripsit

Epistolas ad diuersos, quarum vnâ referunt Guilielmus Malmesburiensis *lib. 2. cap. 8. de gestis Regum Angliæ*, & Baronius *ann. 971. n. 2.* Binius duo eius Concilia refert tom. 7. *Concil.* Tria verò commemorat Franciscus Longus à Coriolano in *summa Conciliorum.*

Moritur Romæ anno 975. Sepelitur in Basilica S. Pauli extra Urbem, viâ Ostiensi, cum sequenti Epitaphio:

*Pontificis Summi hic clauduntur membra Ioannis,
Qui prudens Pastor, persoluens debita morris,*

Isic

*Hic pramonuit moriens sua membra locari,
 Quò pietate Dei resolutus nexibus atris,
 Eximij Pauli meritis conscendat in Æthra,
 Inter Apostolicos, cælorum gaudia metat.
 Gaudeat, exultet sociatus cœlitus almis.
 Dicite corde pio, relegentes carmina cuncti:
 Christe tui famuli misertus scelera purga,
 Sanguine qui sancto redemisti crimine mundum.*

Hic verò Summus Pontifex Ioannes in Apostolica Sede sedit annos 7. depositio eius 8. Idus Septembris ab Incarnatione Domini anno 972.

Ioanni scripsit *librum de sua in Presbyteros potestate*, Ethvoldus V Ventanus, Anglus, Episcopus V Vinthonensis.

IOANNES XV. Romanus, Papa 139. anno 985. die 1. Augusti creatus, scripsit.

Epistolas varias, quarum duæ leguntur, vna scilicet apud Papyrium Massonum *lib. 5. Annal.* vnâ cum *epistola* Hugonis ad Ioannem; altera ad omnes fideles de pace inter Angliæ Regem & Nortmannorum Ducem, composita per Leonem Vice-Episcopum Treuirensis, & legatione Apostolica fungentem, apud Guilielmum Malmesburiensem *lib. 2. cap. 10.* Baronium *anno 990. num. 2.* & Binium *tom. 7. Concil.* vnâ cum duobus eius Conciliis Romæ celebratis.

Obiit Romæ anno 996. die 7. Maij: sepultus apud S. Petrum, in Oratorio S. Mariæ, cum sequenti Epitaphio:

Clauditur hoc tumulo venerabilis ille Ioannes,

Qui legis sacra diffundere nouerat annes,

Egregius Doctor verbo quacumque docebat,

Moribus, & vitâ, tribuens exempla, gerebat.

Hunc à Canonici districto iure rigoris,

Non timor, aut lucrum, non gratia flexit amoris.

Det Deus aternus cælorum lumine pasci,

Cui dat Roma mori, dederat benè gaudia nasci.

Quando vir iste obiit, si vis cognoscere verum,

Septima lux Maij fuit illi meta dierum.

Sedit annos 10. & aliquot menses. Vacauit Sedes Pontificia diem vnum.

IOAN

IOANNES XVII. aliis XVIII. cognomento Fafanus, aliis Fanassus, Romanus, Papa 143. anno 1003. die 30. Decembris creatus, scripsit

Epistolas quasdam tam ad Græcos, quam ad alios, ut colligo ex vita ipsius, apud Duchesnium; ei scribit Epistolam Fulbertus Episcopus Carnotensis.

Obiit Romæ anno 1009. die 18. Iulij, sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio, à Vegio desumpto.

*Quàm solers Domino placuit? quàm mente modestâ
Præsul Apostolicus orbis & omne decus.*

*Hic statuit tumulo claudi sua membra sub isto,
Hæc eadem sperans ut sibi reddat humus.*

*Ardua qui fulsit cunctis per sydera cæli,
Augustis charus, gentibus, & tribubus.*

*Doctrinis comptus sacris, & dogmate claro,
Per patrias sanctas semina fudit onans.*

*Nam Græcos superans, Eois partibus unam
(Schismata pellendo) reddidit Ecclesiam.*

*Principis hinc Petri; sed quisquis tendit ad aulam,
Dio supplex, idem regnet ut arce poli.*

Sedit annos 5. vel circiter. Vacat Sedes mens. 1. & dies 13.

Eius vitam scripserunt Petrus Guiliermus, Martinus Polonus, Platina & alij.

De scriptis Chronicon Cassinense, Alphonfus Ciaconius in *Ioanne XVIII.* Andreas Duchesnius *ibid.* Ferdinand. Vghellus in *addit. ad Ciaconium ad Ioannem XVIII.*

IOANNES XVIII. vel XIX. Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Benedicti VIII. Papæ frater germanus, Monachus Benedictinus, Papa 146. anno 1024. die 29. Februarij Romæ creatus, scripsit

Epistolas, quarum quasdam asseruabat Andreas Duchesnius, Regius Historiographus; quasdam etiam retulit in Notis ad Bibliothecam Cluniacensem in Odilone Abbate 5. huic scripsit S. Guilielmus Abbas 43. S. Benigni Diuionensis.

Obiit Romæ anno 1033. die 8. Nouembris, sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 9. mens. 8. & dies aliquot. Vacat Sedes dies 3. non verò 8. ut placet Platina; in noua

editione

editione Ciaconiana ei tribuitur Epitaphium Ioannis VIII. supra allatum.

De scriptis Alphonfus Ciaconius in *Ioanne XIX.*

IOANNES XIX. aliis XXI. antea Petrus Iulianus, aliis Hispanus, Prouinciâ Lusitanus, patriâ Vlyssiponenfis, Papa 186. anno 1276. die 13. vel 15. Septembris Viterbij creatus, & 21. coronatus in Cathedrali S. Laurentij, scripsit tanquam Philosophus & Medicus celeberrimus.

Summulas Logicales, quibus artis flexiones & diuerticula extricare procliuè est. Extant *cum expositione* Verforij Parisiensis 1487. fol. & Venetiis 1572. 4. apud Franc. Sansouinum & Ferdinandi Enzinas. In has *Summulas Commentaria* ediderunt Petrus de Bruxellis vulgò *Crocatius* Ordinis Prædicatorum, Parisiis 1509. Gerardus Listris, Rhenensis, Batauus Svvolæ 1520. 4. Nicolaus Orbellus, Gallus, Andegannensis, Franciscanus *lib.* 7. Petrus Tataretus, Parisiensis Theologus, Venetiis 1592. 8. & 1571. Matthæus de Bononia, Carmelitarum Generalis, Matthias Emich item Carmelita Germanus, Anderuacensis, Episcopus Cyrensis, Georgius Bruxellensis, & Thomas Bricotus Lugduni 1509. apud Ianorum de Campis. Extant MSS. Patauij in Biblioth. Nicolai Treuisani, S. Ioannis de Viridario in fol. *cum Commentarijs*, Blasij de Parma S. Antonij *cum expositione*, Magistri Simonis, & in illa Carmelitana Semuri apud Mandubios *cum Anonymi Commentarijs* in 4. Cremonæ in illa Augustinianorum *cum Commentarijs* Ioannis de Persico, Cremonensis, Augustiniani, Florentia in Medicea plut. 71.

Parua Logicalia, nuper in partes ac capita distincta, Venetiis 1593. 4.

Tractatus Logicales sex, cum copulatis elucidariis Magistrorum in Bursa Montis Coloniae regentium. Coloniae 1503. apud Henricum Quentelium.

Problemata quaedam, Aristotelem imitatus *lib.* 1.

In Physiognomia Aristotelis. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca domus S. Petri *vol.* 54. *num.* 3.

Dialecticam. Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario in fol. In hanc *Dialecticam* Christophorus

S. Hegen

Hegendrophinus edidit *Dragmata* Basileæ apud Cratandrum 1540.4.

Commentaria in Isaacum de dietis vniuersalibus & particularibus. Extant cum operibus Haaci Lugduni apud Bartholomæum Trost 1515. in fol. Extant MSS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij omnium animarum vol.23.

Commentaria in eundem Isaacum de Vrinis, ibid. apud eundem.

Thesaurum pauperum, seu de medendis humani corporis morbis, per experientia, euporista simplicia & particularia, librum empiricum, ex omni genere auctorum & experientia propria congestum, Lugduni apud Iacobum Myt 1525. cum *practica* Ioannis Serapionis, Parisiis apud Iacobum du Puys 1577. in 16. cum *Thesauro sanitatis* Ioannis Liebaultij, Diuionensis, Medici, qui cum altera parte ferè auxit. Francofurti apud Egenolphum 1576. & 1578. in 8. ex Guilielmi Adolphi Scribonij, Marpurgensis Medici, recognitione. Extat MS. Patauij in Biblioth. S. Mariæ in Auantio, quam variis Codicibus exornauit V. Cl. Iacobus Philippus Tomasinus mihi amicus, & in illa Ioannis Rhodij fol.c. *Latin.4. Ital.m.* Item apud Chariff. D. meum Gabrielem Naudæum 4. *pergam.* Cantabrigiæ in Bibl. publ. vol.149. num.2. & in Archiuiis Collegij Caij vol.171. num.12.

De medenda podagra tractatum.

De oculis tractatum. Extat MS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij omnium animarum vol.23.

De formatione hominis tractatum. Extat MS. Cantabrigiæ in Archiuiis Collegij Caij.

Super Tegniis & Hippocratem Glossas de natura puerorum. Extant MSS. Patauij in fol. apud Canonicos Lateranenses S. Ioannis de Viridario.

Canones Medicina lib.1.

Concilium de tuenda valetudine ad Blancham matrem S. Ludouici. MS. in Bibl. Cl. V. G. Naudæi.

Epistolarum volumen in Vaticano MS. asseruatum.

Sermones predicabiles, & quadam alia MSS. Cremonæ in Bibliotheca Augustinianorum.

Moritur

Moritur Viterbij anno 1277. die 19. Maij, sepelitur in Ecclesia Cathedrali S. Laurentio dicata, cum sequenti inscriptione sepulchrali.

Ioanni Lusitano XXI. Pontificatus maximi sui mense octavo moritur MCCLXXVII.

Sedit menses 8. & dies 4. Vacat Sedes menses 5. & dies 22.

Eius vita habetur apud Auctores Pontificios.

De eius scriptis Ioannes Trithemius *de script. Eccles.* Genebrardus *in Chron.* Posseuinus *in Bibliotheca selecta, l. 12. c. 5.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Ioannes Antonius Vander-Lynden *de scriptis Medicis.* Israël Spachius *ibid.* Ioannes Georgius Schenkus à Graffenberg *ibid.* Paschalis Gallus *ibid.* Conradi Gesneri *Bibliotheca.* Paulus Bolduanus *in sua Bibliotheca Philosophica.* Vadingus *in Registro Pontif. tom. 2. Annal. Min.* Gabriel Naudæus *lib. de Antiquitate & dignitate schole Medicina Parisiensis,* Parisiis edito in 8. 1628 apud Ioan. Moreau pag. 39. Paulus Morigia *in Ioanne XXI. Theatrum vitæ humanæ v. Medici ex arte.* Ciacinius *in eius vita.*

IOANNES XX. vel XXII. antea Iacobus Deus, vel Offa dictus, Cadurcensis, Aquitanus, Papa 195. anno 1316. die 7. Augusti Lugduni in Ecclesia Dominicanorum creatus, & die 5. Septembris eiusdem anni coronatus, scripsit

De Contemptu mundi, libellum lucubrationibus spiritalibus illustratum, à Patritio Fattorio Turritano, *ex Apibus Urbanis,* V. Cl. Leonis Allatij.

Artem metallorum transmutatoriam Latine; tamen prodiit Gallicè incerto translate Lugduni apud Macæum Bonhominem 1557. in 8. *ex Bibliotheca Gallicana Antonij Verderi.*

Sermones de Beata Virgine, quos afferuat MSS. V. Cl. Gabriel Naudæus, mihi amicissimus.

Sermones item alios de visione beatifica, seu faciali. Quorum exordium est: *Memento te operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, &c.* Afferuantur MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica vol. 179.

Retractionem de quæstione, *Num anima Sanctorum non fruatur Dei visione ante iudicium extremum.* Extat apud

Ioannem Villanum *lib. 11. cap. 19. Historia Florentina.*

Eius *Regesti*, volumina complura in Bibliothecis Vaticana, Fuxiensi, Barberina Auenionensi & alibi asseruantur MSS.

Constitutiones viginti Apostolicas, quas appellare decreuit *Extraneantes*. Podierunt Rothomagi 1519. in 12. *cum eius vita*. Venetiis 1591. in 8. cum Glossis suæ integritati restituta ad exempla Romanorum diligenter recognita, Lugduni 1584. in fol. Francofurti 1586. in 8. & alij. Extant MSS. in Vaticano. Oxonia in Bibl. Collegij Noui *vol. 117.* & in illa Ecclesie Cameracensis. In has Constitutiones scripsit Robertus Alyngton, Anglus, & alij.

Eius *Bullarium* extat in Vaticano. Sed varia apud varios leguntur.

Moritur Auenione anno 1334. die 4. Decembris: ibidemque sepelitur in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ de Donis. Sedit annos 18. mens. 3. & dies 28. Vacat Sedes dies 17.

De rebus gestis Ioannis XXII. Symphorianus Champierius, Petrus Frizon, Franciscus Bosquet, Iosephus Maria Suarezius, & in *Apologia pro Ioanne XXII.* vt nos monuit per Epistolam, Iacobus Fontanus, Brugensis, Ioannes Georgius Hernnartus, Pelagius Aluarus, Guilielmus Ochamus.

Eius scripta memorantur à Ioanne Columna in *Mari Historiarum*. Rupipozzo in *Nomenclatura Cardinalium*, Ioanne Azorio *lib. 13. Institut. moral.* Coccio in *Thesauro*. Auentino *l. 7.* Frizone in *Gallia Purpurata*, Ioanne Dubrauiio in *Historia Bohemica*. Vladislao Rege Poloniae *Epist. ad Ioannem XXII.* Bibliotheca Gesneriana, Alphonso Ciaconio in *eius vita*, Ioanne Pagæo *lib. 3. Bibliotheca Premonstratensis.*

IOANNES XXIII. antea Balthasar Cossa, Neapolitanus, Papa 206. anno 1410. die 17. Maij Bononiae creatus, & die 25. coronatus, scripsit

De varietate fortuna librum 1. carminicè.

Epistolas quasdam, quarum quædam leguntur in Concilio Constantiensi *tom. 7. Concil. Biniij*, MSS. in Vaticano.

Decessit Florentia anno 1419. ibidemque sepultus in Baptisterio S. Ioanni dicato, prope Cathedralem, cum sequenti inscriptione, quam sic accepi:

IOANNES

Ioannes quondam Papa XXIII. Obijt Florentia anno Domini MCCCCXVIII. XI. Calendas Ianuarij.

Sedit legitimè annos 6. & dies 15. postea depositus in Concilio Constantiensi die 29. anno 1416.

Præter auctores, qui vitas Pontificias ediderunt, consule Theodicum à Niem, Enguerrandum Monstreletum *vol. 1. cap. 62.* Elogia Antonij Sanderi, Formam resignationis, Ioannis XXIII. Garimbertum *lib. 4. rerum à Pontif. & Cardinal. gestarum cap. 5.*

De scriptis testantur Henricus Ludouicus Castaneus, Ruppizæus in *Nomenclatura Cardinalium*, Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegmat. Christian.* Henricus Spondanus in *Annal. Eccles.* Abrahamus Bzouius *ibid.* Seuerinus Binius in *Concilio Constantiensi.* Bibliotheca Gesneriana, Annales Seruorum *centuria 2.* Lucas VVadingus in *Registro Pontificio tom. 5. Annalium Minorum*, Pagæus *lib. 3. Bibliotheca Ordinis sui.*

S. IULIVS I. Romanus, Papa 35. anno 336. die 15. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas Decretales quasdam; quarum duæ leguntur in *Apologia 2. D. Anastasij, & tom. 1. Conciliorum* cum Notis Biniij, & *Epistolis responsoriis ad Iulium.* Quoad *Epistolam* verò Iulio I. falsò tributam ad Dionysium Corinthi Episcopum *de Incarnatione Domini* directam, non est Iulij Papæ, sed Arrianorum, vel Apollinaris viri hæretici; vt validis rationibus probant Leontius Aduocatus Bizantius in *Commentario de sectis act. 8. 9. & 10. opinioni Gennadij de scriptoribus Ecclesie cap. 2. contradicens, & Euagrius l. 3. cap. 31. & seqq. & 341. num. 59.* Binius in *Notis primæ Epistolæ tom. 1. Concil.* cum eius Concilio Romano; & Alphonso Ciaconio in *Iulij vita.*

Decreta Iulij apud Iuonem, Gratianum, Isidorum Mercatorem, Burchardum Episcopum VVormatiensem & alios *Decretorum Collectores.*

Obijt Romæ 352. die 12. Aprilis: sepultus in cœmeterio Callepodij, viâ Aureliâ. Sedit annos 15. mens. 5. & dies 17. Vacat Sedes dies 25.

De eius *Epistolis* testimonia perhibent S. Cyrillus in *Apologetico,*

get. pro duodecim capitibus aduersus Orientales Episcopos. Concilium Ephesinum *act.* 1. Illud Chalcedonense *part.* 2. *act.* 1. Genebrardus *lib.* 3. *Chronogr.* Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 14. & 17. Ioannes Morinus, Blesensis *in hist. Ecclesie part.* 3. *cap.* 11. Coccius *in Thesuro*, Apparatus facer Possuini *v.* 1. Gualterus *sec.* 4. *col.* 1. Coriolanus *in summa Concil. pral.* 10. *de Summo Pont. Rom. assert.* 1. *pag.* 77. & *in Annot. ad Canones Apost. Bibliotheca Gesneriana*, Gennadius, Alphonfus Ciacoonius *in Iulio I.* Vincentius Lirinensis *aduersus hares.* Felix II. Papa *in Epistola ad Ægyptios*, Theodoretus *lib.* 2. *cap.* 4. Socrates *lib.* 2. *cap.* 15. & 17. Sozomenus *lib.* 3. *cap.* 8. & 10. Nicephorus *lib.* 9. *cap.* 6. 8. & 10.

IVLIVS II. antea Iulianus de Ruuere, Sauonensis, Papa 2 17. anno 1503, die 1. Nouembris creatus, & 26. Romæ coronatus, scripsit ex officio

Literas Apostolicas, & Constitutiones Ecclesiasticas, quæ leguntur *tom.* 7. *Concil. Biniij*, & *in Collectione Constitutionum Romæ* 1679. edita. Petrus Andreas Gammarus, Bononiensis *IC. Comment. in Extrauagantes Iulij II. super electione Simonica Papa.*

Decessit Romæ anno 1513. die 21. Februarij: sepultus in Vaticano iuxta corpus Sixti IV. eius auunculi. Sedit annos 9. mens. 3. & dies 29. Vacat Sedes dies 10. aliis 23 aliis 18.

Præter vitarum Pontificiarum scriptores consulendi sunt Baptista Mantuanus Carmelita, Adrianus Castellensis Cardinalis, Marcus Vigerius Cardinalis, Angelus Anachoreta, Angelus Fundius, Iulij Dialogus, Godofredus Bouffardus, Ioannes Antonius Flaminius, Petrus Flores, Rodolphus Tracincthus, Vbertus Folleta, Paris Craffus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Hieronymus Donatus, Didacus Pacettus, Ioannes Iacobus Guicciardinus.

Iodocus Coccius Theologus celebris *in thesauro Eccles.* inter sacros scriptores enumerat *lib.* 7. *art.* 7. de litteris consule Alphonsum Ciaconium *in vita Iulij II.* Andream Victorellum *addit. ad Ciaconium*, Ioannem Pagæum *lib.* 3. *Bibliotheca Præmonstratensis.*

IVLIVS III. antea Ioannes Maria de Monte, Romanus, Papa

Papa 222. anno 1550. die 7. Februarij creatus, & 22. Romæ coronatus, scripsit

Orationes, quas habuit in Conciliis Lateranensi, & Tridentino.

Alias etiam complures, quas habuit coram Summis Pontificibus, & Eminentissimorum Cardinalium Collegio.

Epistolas, præsertim ad Marcellum Ceruinum tunc Cardinalem, postea Papam. Ægidium Cardinalem Viterbiensem, Reges & Principes, quas legi *inter Epistolas Principum*, Veneretiis apud Ioannem Zilettum 1580. in 8. Italicè editas.

Constitutiones & litteras Apostolicas, quæ leguntur in *Collectiõibus & Bullarijs*.

Obiit Romæ anno 1555. die 23. Martij: sepultus ad S. Petrum ad Vincula, in sepulchro marmoreo munificentissimè exornato, absque tamen vlla inscriptione. Vixit annos 67. menses 6. & dies 4. Sedit annos 5. mens. 1. & dies 17. Vacat Sedes dies 17.

De laudibus Iulij III. Ianus Vitalis, Hilarion Costæus, Guilielmus Rouilius, Petrus Victor Italus, Robertus Politianus Cardinalis, Seraphinus Ecclesianus, Antonius Franciscus Rainerius, Ioannes Antonius Delphinus, Anonymus in *Bibl. Ducis Altempstij*.

De eius lucubrationibus Henricus Ludouicus Cassanæus, Rupipozæus, Episcopus Pietauiensis in *Nomenclatura Cardinalium*, Marcellus II. Papa in *Epist. ad Iulium III.* Andreas du Saussay in *Supplemento Martyrologij Gallicani ad diem 17. Iulij pag. mibi 1147.* Concilium Tridentinum Louanij in fol. editum. Alphonsus Ciaconius in *Iulio III.* Andreas Victorellus *ibid.* Panuinius *ibid.* Antonius Carracciolus *lib. 3. cap. ult. vita Pauli IV.*

L.

SANCTVS LEO I. cognomento *Magnus*, natione Tuscus, Papa 47. anno 440. die 18. Maij creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Homilias

Homilias eloquentissimas 97. de præcipuis Domini & Sanctorum solemnitatibus. Quæ prodierunt Venetiis 1533. in 8. Louanij 1566. apud Hieronymum VVellæum, studio *Petri Canisy S.I.* vbi Leonis elogium præfixit. Coloniae 1368. typis Ioan. Kirchmanni *operâ Laurentij Suri, Carthusiani Colonienfis.* Antuerpiæ 1583. typis Philippi Nutij studio *Canonicorum Regularium S. Martini Louanienfis.* Parisiis typis Sebastiani Cramoyfi 1618. & 1623. fol. studio *Ioannis VVimmerij v. I. D. Louanienfis,* & 1639. apud Hadrianum Moreau fol. *opera R.P. Theophili Rainaudi.* Lugduni typis Claudij Landry studio *Theophili Rainaudi S.I. Theologi* 1623. & 1633. fol. Rodierunt etiam cum aliis operibus *opera Gerardi Vossij Bolchlonij.* Quædam prodierunt Gallicè Parisiis apud Abelem Langelier, *Interprete I. Bertaut Episcopo Sagiensf.* Extant MS S. in Vaticano, Patauij in Bibliothecis S. Iustinae, & PP. Augustinianorum. Urbini in illa Ducis, Cæsena in Flaminia num. 47. Oxoniae in illa Collegij Noui vol. 8. Balliol. 130. & animarum 25. Florentiæ in Medicea pluteo 17. & 21.

Epistolas Decretales & familiares 110. ad diuersos; quæ prodierunt. Coloniae 1548. in 12. & 1558. in fol. studio *Laurentij Suri Carthusiani.* Louanij 1566. in 4. Antuerpiæ 1583. 8. & Lugduni 1623. & 1633. fol. Gorlicij 1582. 8. studio *Martini Molleri Germani.* Parisiis 1623. Duæ separatim excusæ sunt Tiguri 1571. typis Froschoueri. Sex ex *Codice Cardinalis Sireti* cum Notis Cl. V. Gerardi Vossij, nunquam antea editæ. Triginta habentur tom. 3. *Conciliorum.* Viginti & vna verò in opere *Homiliarum,* quas è SS. Patribus collegit Alcuinus. Extant MSS. Pisauri in Bibliotheca Ducis, Arelati in Archiuo Ecclesiæ Cathedralis.

Traçtatum aduersus errores Eutychetis & aliorum hereticorũ. Prodiit Lugduni ex officina Landriana 1623. & 1633. ad calcem operum S. Leonis studio *R. P. Theophili Raynaudi.* Extat MS. in Vaticano num. 23. & 46. incip. *Ad Ecclesiæ filios,* &c.

Enchiridion S. Leonis Pape Lugduni 1610. in 24.

Enarrationem in passionem. Louanij 1600. 8. studio *Guilielmi Fabricij Nouiomagi.*

Isagogen, siue Introductionem in eandem, adiectis annotationibus.

tionibus dicti Fabricij ibid. apud Ioannem Masium 1600. 8.

Aduersus Eutychetem libros 2. incipiunt, *Sicut peritorum dilectiss.* ex Ioanne Trithemio.

De Symbolo Nicano, lib. 1. *Credimus in Deum.*

Ad Leonem Augustum testimonium, lib. 1. *Vnum igitur hoc immob.*

Ad Inquisitiones Ianuarij Episcopi lib. 1. *Nulla ratio fuit ut in.*

Confessionem Leonis I. Coloniae 1604. 8. apud Mylium, studio Theodori Petrei Campensis, Carthusiani.

De Incarnatione Verbi Commentarium aduersus Pelagianos ab Eutychianis corruptum esse firmatur. Extat MS. Græcè & Latinè in Bibliotheca Bodleiana.

Sententias, quæ in Concilio II. Arausicano comperiuntur ex Possuino.

De libro de conflictu virtutum & vitiorum, vide quæ diximus in S. Gregorio Magno.

Epistolam de translatione S. Iacobi Apostoli dicitur asseruari Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti num. 41. si credimus Thomæ Iames Hæretico.

Sermones ex Sermonibus S. Leonis Papæ de passione Domini. Auctore Petro Dorlando Carthusiano.

Eius *Decreta & Concilia* leguntur tom. 2. *Concil. Bini*, apud Gratianum, Isidorum, Burchardum, Laërtium Cherubinum in *Magno Bullario Romæ* 1638. edito. & alios, Ioannes etiam Fabricius, Nouiomagus edidit *D. Leonis Magni enarrationem in Passionem Dominicam*, digestam iuxta ordinem Euangelicæ narrationis. Item

Isagogen, siue *Introductionem in eadem*, è D. Leonis similiter operibus concinnatam. Adiectis suis annotationibus, Louanij apud Ioannem Masium 1600. in 8.

Obiit Romæ anno 461. die 11. Aprilis, sepultus in Basilica Vaticana S. Petri cum sequenti Epitaphio.

Huius Apostolici primum est hic corpus humatum,

Quod foret & tumulo dignus in arce Petri.

Hunc vatum procerumque cohors, quæ cernis adesse,

Membra sub egregiâ sunt adoperta domo.

T

Sed

*Sed dudum, ut Pastor Magnus Leo, septa, gregemque
 Christicolam seruans ianitor arcis erat.
 Commonet è tumulo, quod gesserat ipse superstes,
 Insidians ne lupo vastet ouile Dei.
 Testantur missi pro recto dogmate libri,
 Quos pia corda colunt, quos praua turba timet.
 Rugit, & pauida stupuerunt corda ferarum,
 Pastorisque sui iussa sequuntur oves.
 Hic tamen extremo iacuit sub marmore templi,
 Quem iam Pontificum plura sepulchra celant.
 Sergius Antistes diuino impulsus amore
 Nunc in fronte sacrae transtulit inde domus.
 Exornans rutilam pretioso marmore tumbam,
 In qua poscentes mira superna vident.
 Et quia praeiucit miris virtutibus olim,
 Vltima Pontificis gloria maior erit.*

Sedit annos 20. menses 10. & dies 6. Vacat Sedes menses 7. & diem vnum.

De rebus gestis consule Auctores *uitarum Pontificiarum*, Gregorium Monachum, Petrum Diaconum.

De eius tandem scriptis, praeter Auctores de scriptoribus Ecclesiasticis, legendi Flavianus Episcopus Constantinopolitanus *in Epist. ad Leonem*. Petrus Chrysologus Episcopus 19. Raennas *ibid.* Valentinianus, Marcianus, & Pulcheria Imperatores *ibid.* Theodorus Diaconus *ibid.* Ischyrio Diaconus *ibid.* Athanasius Presbyter Alexandrinus *ibid.* Sophronius *ibid.* Paschasius Siciliensis *ibid.* Proterius Alexandrinus Episcopus *ibid.* S. Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, non verò Vefontionensis, ut placet Dempstero *ibid.* Theodorus Episcopus Asianus *ibid.* Eusebius Episcopus 20. Mediolanensis *ibid.* Paschasius Diaconus *ibid.* Geretius Salonius & Verannius Episcopi Galliae *ibid.* Metropolis Arelatensis *ibid.* S. Eulogius Episcopus Alexandrinus *lib. in quo partes S. Leonis tuentur pro unione hypostatica*. Eustathius Beryti Episcopus *in Apologia pro Epistola B. Leonis aduersus Timotheum Elurum*, S. Baccharius Macæus, Scotus, S. Patricij Discipulus *lib. de peregrinatione ad Leonem I.* Concilium Chalcedonense, Simplicius

plicius Papa in *Epistolis*. Vigilus Papa *ibid.* Pelagius Papa *ibid.* Agatho I. *ibid.* Zacharias Papa *ibid.* Nicolaus I. *ibid.* Theodoretus *ibid.* & in *hist. Eccl. Concilia*, Constantinopolitanum VII. & Bracarense I. *Theatrum vitæ humanæ lib. 1. v. Theologi*, Ioannes Pagæus in *Bibliotheca Præmonstratensi lib. 1. sectione 13.*

S. LEO II. Siculus Canonicus Regularis, Papa 82. anno salutis 683. die 15. Augusti, Ciaconio, 11. Augusti 682. creatus, scripsit

Epistolas varias, licet tamen paucas habeamus: nam quinque dumtaxat leguntur *tom. 5. Concil. cum Notis Seuerini Binij*, è Codice Toletano MS. desumptæ, & *tom. 8. Annal. Baronij*, qui eas tanquam spurias reiicit. Constat tamen *Canone 2. Concilij XIV. Toletani*, eum scripsisse Epistolam ad Episcopos Hispaniæ, & ad eos acta Synodalia integra transmisisse, quæ hætenus sunt in obscuro. Sicuti & *Epistolam ad Constantinum*, quæ perperam à quibusdam Leoni primo tribuitur.

Synodum œcumenicam Constantinopolitanam è Græco in Latinum vertit, testibus Trithemio & Binio.

Hymnos Ecclesiasticos ad meliorem concentum redegit ex Platina. Sed ex Anastasio Bibliothecario colligitur eum varia scripsisse *prosa & metro* Græcè & Latinè; cuius tandem argumenti sint, nihil habeo explorati.

Decreta Ecclesiastica, quæ reperiuntur apud Collectores.

Obiit Romæ anno 684. die 28. Iunij, sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit menses 10. & dies 8. Vacat Sedes mens. 1. & dies 22.

De scriptis Constantinus Pogonus Imperator in *Epist. ad Leonem II.* Apparatus sacer Posseuini, Gualterus *fac. 7. verit. 12. §. 6.* Coccius in *Thesauro Catholico*. Genebrardus, Volaterranus, Bellarminus, Gesnerus, Marianus Scotus in *Clemente*, Alphonsus Ciaconius in *Leone II.* Andreas Victorellus *ibid.*

S. LEO III. Romanus, Papa 98. anno 795. die 26. Decembris creatus, & 27. consecratus Romæ, scripsit

Enchiridionem, contra omnia mundi pericula, ex Apologia Gabrielis Naudæi pag. 546.

Epistolas quatuor, quarum tres referunt Binius tom. 6. Concil. cum Notis & eius Concilio Romano. Baronius tom. 9. Annal. ann. 796. n. 22. & seqq. & 799. n. 11. Quartam verò refert Ioannes Lieuræus in Volferio 51. Archiepiscopi Viennensi pag. 188. Vtinam aliæ essent nobis notæ.

Quadam Decreta apud Gratianum & alios Decretorum Collectores.

Migravit Romæ anno 816. die 16. Iunij : sepultus in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annos 20. mens. 5. & dies 17. Vacat Sedes dies 10.

Præter auctores, qui de *vitis Romanorum Pontificum* scripserunt, consulendi sunt Ferius Hilpericus, & Alcuinus, de quibus in *nostro libro secundo*.

Epistolæ Leonis memorantur ab Albino Flacco, seu Alcuino in *Epist. ad Leonem*. Platone Incluso, & Theodoro Studitâ *ibid.* Synodo Constantinopolitanâ per Nicephorum Patriarcham *ibid.* Carolo Magno per Smaragdum *ibid.* Kenulpho Angliæ Rege *ibid.* Eginardo in *vita Caroli Magni*. S. Ludgero Episcopo 1. Monasteriensi in *Epistola ad Xixfridum Episcopum 7. Traiectensem*. Petro Lombardo Episcopo 69. Parisiensi *lib. 1. dist. 11*. Michaële Studitâ in *vita Theodori*. Theophane in *Annalibus*. Francisco Biuario Monacho Ord. Cistercij in *addit. ad Chronicon Flauij Lucij Dextri*. Trithemio, Bernardo Barili, Taurinensi *disquis. 2. §. vnic. de lege municipali in indigenas, n. 35 pag. 113*. Bibliothecâ Gesnerianâ, Ciaconio in *Leone III.*

S. LEO IV. Romanus, Benedictinus, monasterij 85. Syluestri & Martini de Montibus, nunc Ordinis Carmelitarum, Papa 105. anno 847. die 12. Aprilis creatus, & die 27. Maij consecratus, scripsit

Homiliam de cura pastorali, eiusve officio ac munere, quam per Episcopos omnibus Sacerdotibus curam animarum gerentibus intimari voluit. Extat tom. 6. Concil. & tom. 10. Annal. Baronij, & apud Anselmum Lucensem Episcopum, qui eam accepit & Bibl. Vaticana, ex Codice, qui inscribitur, Liber Censuum.

Varias

Varias Epistolas, quæ afferuabantur in Bibliotheca eruditissimi Guilielmi Cardinalis Sirleti. Duæ solummodò leguntur *tom.6.Concil.* cum eius Concilio Romano, & *tom.10. Annal. Baronij.*

Decreta Leonis apud Iuonem Gratianum. Anselmum Lucensem *lib.3. cap.vlt.* Panormitanum *lib.2. cap.149.* Paludanum *p.3. tit.20.*

Collectas tres de S. Petro, quibus vitur Ecclesia Catholica.

Obiit Romæ anno 855. die 17. Iulij: sepultus, more prædecessorum, in Vaticano. Sedit annos 8. mens. 3. & dies 15. Eius memoria celebratur in *Martyrologio Gallicano.* Andreæ du Sauffay die 17. Iulij in *Supplem.*

De scriptis Genebrardus in *Chron.* Coccius in *Thesauro,* Ioannes Ekius de *Primatu B. Petri.* Sigebertus in *Chron.* Anastasius in *eius vita.* Flodoardus in *Hincmaro Remensi.* Nicolaus Camufatus, Trecentis in *S. Prudentio Episcopo 37. Trecenti.* Claudius Robertus *ibid.* Tomus 11. *Epistolarum Pontificiarum.* Iacobus Gualterus *facul.9. col.1. Apparatus sacer Possuini.*

LEO VI. ex familia Gemina, quæ postea sanguinea dicta est, Romanus, Papa 125. anno salutis 928. die 9. Aprilis ex Ciaconio creatus, scripsit, teste Ioanne Licuræo,

Epistolam ad Leodegarium Archiepiscopum 60. Viennensem, datam per manum Petri Sacri Lateranensis Palatii Cancellarij 5. *Idus Maij.*

Obiit Romæ anno 929. Sepultus in Basilica Vaticana Sanpetrana. Sedit menses 6. & dies 15.

LEO VIII. Romanus, Papa 128. anno gratiæ 936. die 27. Octobris Romæ creatus, scripsisse comperio

Epistolas varias, præsertim ad S. Odonem Abbatem 2. Cluniacensem quatuor, quas possidebat Andreas Duchesnius, vt testatur in *visa Leonis.* Item ad Egilulphum Salisburgensem, Eisengrinum Regmobergensem, Lambertum Frisingensem, & Starchandum Eistatensem, Episcopos Germaniæ *de causa fidei.*

Mortuus est Romæ anno 939. Sepultus in Vaticano. Sedit annos 3. & mens. 6. Vacat Sedes dies 3. ex Platina.

S. LEO IX. antea Bruno Comes Dagspurgensis, Gallo-germanus,

manus, Papa 151. anno 1049. die 12. Februarij creatus, scripsit ad Constantinum Monachum Imperatorem

De extirpandis haeresibus, lib. 1.

Ad Patriarcham Constantinopolitanum, lib. 1.

Epistolas quamplurimas, quarum quaedam leguntur apud Binium tom. 7. *Concil.* cum eius Conciliis, & duobus eiusdem diplomatibus, & Baronium tom. 11. *Annal.* & Laurentium Surius Carthusianum.

Ad Gracos librum luculento sermone Evangelicis & Canonicis testimoniis destruentem eorum errores, & Catholicae Ecclesiae fidem astruentem. Reperitur inter Epistolas.

Ad Episcopos Africae & Aegypti, lib. 1.

Sermones, seu *Homilias* Louanij 1565. Coloniae 1568. ex officina Ioannis Birckmanni, studio Laurentij Suriy. Tandem Antuerpiae 1583. studio Canoniorum Regularium S. Martini Louanij, vna cum nostri Leonis operibus e MSS. Codicibus emendatis.

Responsoria in veneratione Martyris Cypriaci & Hidulphi Archiepiscopi 59. Treuirensis, B. Odiliae Virginis, & B. Gregorij Doctoris & Pontificis Anglorum Apostoli. Item

Sigefridi Abbatis Gorziensis precibus composuit B. Gregorij, aliis Gorgonij Presbyteri Martyris, *nocturnalium Responsoria* metis transiens.

Obiit Romae anno 1054. die 19. Aprilis: sepultus in Vaticano iuxta sepulchrum S. Gregorij Magni cum sequenti inscriptione:

Victrix Roma dolet nono viduata Leone

Ex multis talem non habitura Patrem.

Sedit annos quinque, menses duos, & dies octo. Vacat Sedes menses 11. & dies 24.

De vita & laudibus Leonis V Vibertus Archidiaconus, Anselmus Remensis, Augustinus Bontemps, Martyrologia Romanum, Gallicanum, & Benedictinum.

De scriptis Leonis IX. Victor Papa III. lib. *Dialogorum.*

Leo Ostiensis in *Chron. Casimensi*, *Chronicon S. Benigni Diuionensis*. Sigebertus in *Catal. Trithemius ibid.* & de ill. viris *Ord. S. Benedicti*. Antonius Xeper in *Annal. Benedict.* Arnoldus

du

duſ Vuion *in Ligno vita*. Guitmundus Auerſanus *in Commentario de corpore & ſanguine Chriſti*. Guilielmus Gemmeticeniſis Monachus l. 7. cap. 15. Apparatus Poſſeuini v. L. & alij quamplurimi, Bibliotheca Geſneriana, S. Egebertus Abbas Fuldenſis *Epistolis ad Leonem I X.* Ioannis Molani *Bibliotheca materiaram, v. Græci.*

LEO X. antea Ioannes de Medicis, Florentinus, Papa 218. anno 1513. die 11. Ciaconio 15. Martij creatus, & 19. Romæ coronatus, eodem Ciaconio die 11. Aprilis, ſcripſit

Epistolae elegantiffimas, ex Rupipozæo. Sed ſunt Petri Bembi Cardinalis.

Versus nonnullos.

Quoad *Litteras Apoſtolicas & Constitutiones Eccleſiaſticas* conſule Binium tom. 9. *Concil. in Concilio Lateranenſi*, Laer- tium Cherubinum *in Bullario Magno*. Rodericum, Confet- tium, Ekium *de Primatu Petri l. 1. cap. 42.* & alios.

Obiit Romæ anno 1521. die 1. Decembris, ſepultus in Vaticano cum ſequenti Epitaphio.

Leonis X. Pont. Max. depositum.

Deliciae humani generis Leo maxime tecum

Vt ſimul illuxere, interiере ſimul.

Sedit annos octo, meſes 8. & dies 20. Vacat Sedes men- ſes 1. & dies 6. Deinde tempore Pauli III. translatus in Ec- cleſiam Dominicanorum S. Mariæ ſupra Mineruam.

De laudibus Leonis X. Ioannes Camillus Zaccagnius, Va- lerianus Salainius, Sibegnius Episcopus Modruſienſis, An- tonius Tribaldeus, Concordata Leonis, Conſtantineus Ebu- lus, Caius Syluanus, Erasmus Fiſleck, Felix Contelorius, Ia- nus Damianus, Ioannes Clerick, Ioannes Mutius Aurelius, Ludouicus Dominicus, Maximilianus Imperator, Paulus Iouius, Petrus Rebuffus, Matthæus Herculanus, Paris Craſ- ſus, Ægidius Viterbienſis, Guicciardinus, Iacobus Nardus, Stephanus Ioanninenſis.

De ſcriptis Michael Poccantius *in Bibliotheca Florentina*. Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*. Laurentius Bey- erlinck *lib. Apophthegm. Chriſt.* Iodocus Coccius *in Theſau- ro Catholico*. Petrus Bembus Cardinalis *in Epist. ad Leonem.*

Angelus

Angelus Politianus *ibid.* Cassandra Fidelis, Veneta *ibid.* Hilarion Costæus in *Elogio Anna Britannica, Regina Francorum.* Andreas Duchesnius in *eius vita.* Paulus Middelburgius, Zelandus *lib. de Paschali celebratione ad Leonem X.* Victorellus in *Leone X.* Bibliotheca Gesneriana, Ludouicus Canossa, Veronensis, Episcopus Baiocensis *Epist. ad Leonem.* Cardinalis S. Bibianæ *ibid.* Guido Posthumus, Syluestris, Pisarenensis *libris elegiarum ad Leonem X.* Thomas de Vio Caietanus Cardin. *Epist. ad Leonem,* Carolus V. Imperator *ibid.* Alexander Girardinus Episcopus *ibid.* Petrus Bibiena *ibid.*

LEO XI. antea Alexander de Medicis, Florentinus, Papa 233. anno 1605. die 1. Aprilis creatus, & die 10. Dominicæ Resurrectionis, coronatus in Vaticano, scripsit

Epistolas, quarum vnâ dumtaxat legi ad Archiepiscopum Neapolitanum, apud Stephanum Quarantam *pag. mihi 400.* cum variis eius declarationibus super dubia Ecclesiastica.

Obiit anno 1605. die 27. Aprilis, sepultus in Vaticano prope tumulum Clementis VIII. eius prædecessoris. Sedit dies 24. Vacat Sedes dies 20.

De vita & Pontificatu Leonis Seuerinus Binius, Duchesnius, Cicarella, Iacobus Auzolius, Hilarion Costæus, Ioannes Hemelarius, Laërtius Cherubius, Andreas Victorellus, Marcus Guadalajarra, Franciscus Bocchius, Petramellarius, Cabrera, Figliaccius, Laurentius Beyerlinck, Lucas VVaddingus, Pompeius Vgonius.

S. LIBERIVS, Romanus, Papa 37. anno 352. die 8. Maij creatus, scripsit

Epistolas, quæ leguntur *tom. 1. Concil. cum Notis Binij,* apud Iouerium *cum Epistola Athanasij ad Liberium.* In operibus Luciferi Calaguritani, & inter fragmenta S. Hilarij Episcopi 10. Pictaniensis, quæ tamen Liberio falsò tribuuntur, ex Baronio & Binio. Item *tom. 3. Bibl. Patrum.*

Dialogum Liberij cum Imperatore Constantio Mediolani habitum. Extrat *tom. 1. Concil. cum eius Concilio Romano.*

Decreta apud Isidorum, Cresconium Gratianum, Iuonem & alios.

Obiit

Obiit anno 367. die 9. Septembris, sepultus in cœmeteria Priscillæ viâ Salariâ. Sedit annos 15. mens. 4. & dies 1. Vacat Sedes dies 6.

Omnia Martyrologia eius sanctitatem commemorant, item SS. Ambrosius l. 3. de Virg. Basilius epist. 74. ad Occidentales, Athanasius Epist. ad solitariam vitam agentem, Sanderus l. 7. de visib. Eccles. Mon.

De scriptis Sulpitius Seuerus lib. 2. Hist. sacra. Vincentius Capuanus, & Marcellus Episcopi Campaniæ in Epist. ad Liberium. S. Basilius Epist. 72. Fortunatianus Patriarcha X. Aquileiensis ibid. S. Hilarius lib. 2. S. Hieronymus in Chron. Theodoretus lib. 2. cap. 16. Auctor vitæ S. Eusebii Episcopi Vercellensis. Possevinus in Apparatu sacro v. L. Alphonsus Salmeron tract. 67. Petrus de Marca l. 1. cap. 6. & 8. de Concordia Sacerdotij & Imperij. Bibliotheca Gesneri, Ludouicus Carbo de script. sacris in part. 1. summa D. Thomæ cap. 8. & in 3. part. c. 29. Alphonsus Ciaconius in Liberio, Platina ibid.

S. LINVS, natione Tuscus, patriâ Volaterranus, Papa 2. anno Christi 69. die 30. Iunij creatus, scripsit Græcè

De Petri & Pauli agone, seu martyrio libros duos, ab hæreticis deprauatos, tamen Vesontione in Gallia puros asseruari testatur eruditus Ioannes Iacobus Chiffletius in sua Vesontione Imperiali. Exant tom. 7. Bibl. Patrum, quos scholiis Iustrauit Laurentius de la Barre, Doctor Sarbonicus; qui etiam eos retulit in sua Historia Christiana. Parisiis 1583. apud Michaelem Sonnum fol. edita. Prodiere etiam Parisiis in fine Commentariorum ad Epistolas Pauli, Iacobi Fabri Stapulensis. Inter apocrypha censentur. Exant MSS. Romæ in Bibl. Barberina in Magno Sanctuario signato 926. fol. 181. ita incipit prologus. Licet plurima de Apostolicis signis sacra Euangeliorum, &c. Historia verò incipit, Igitur post corporeum Dominicæ natiuitatis aduentum, &c.

Acta verò S. Petri, in disputatione aduersus Simonem Magum, Romæ habita, non reperiuntur, teste Baronio.

Epistolas quasdam & Decreta.

Martyrio coronatur Romæ anno Christi 80. die 27. Septembris, sepultus in Vaticano iuxta corpus sancti Petri.

V

Sedit

Sedit annos 11. mens. 2. & dies 23. non vacavit Sedes.

De rebus gestis S. Lini præter scriptores *Romanorum Pontificum vitarum*, lege Ioannem Iacobum Chiffletium *loco cit.*

De scriptis Trithemius, Sixtus Senensis, Molanus, Bellarminus, Possseuinus, Eifengrenius, Iustinianus, Gesnerus, Gualterus, Genebrardus, Volaterranus, Coccius, Platina *in eius vita*, Massonus *ibid.* Duchesnius *ibid.* Camusius *ibid.* Simoneta *ibid.* Ciaconius *ibid.* Cherubinus *ibid.* Paulus Morigia *ibid.* Gerardus Ioannes Vossius *lib. 2. de Historicis Græcis*, Claudius Espencæus *lib. 6. de continentia cap. 11.* Ioannes Maria, Magister sacri Palatii *in Ind. Exp. tom. 1.*

S. L V C I V S I. Romanus, Papa 23. anno 255. die 20. Octobris Romæ creatus, scripsit, teste S. Cypriano *Epist. 67.*

Plures *Decretales Epistolas*. Tamen temporis iniuriâ, vnam dumtaxat ad Galliæ, al. Gallicæ & Hispaniæ Episcopos directam. Extat *tom. 1. Concil. cum notis Binianis*. Animaduertendum est, quòd apud S. Cyprianum reperitur *Epistola 79.* hoc nomine Lucij insignita, à quibusdam huius Pontificis esse, creditum fuit, sed ignorantes fuisse (inquiunt Baronius *ann. 257. n. 5.* & Binius *in Notis*) Episcopum eodem nomine appellatum, decepti sunt, perperam eam, quæ alterius est, Lucio Pontifici adscribentes.

Decreta Lucij apud Isidorum, Iuonem, Cresconium, Burchardum, Gratianum Monachum, Carranzam & alios *Decretorum Collectores*.

Gladio cæsus est Romæ anno 257. die 4. Martij: sepultus in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit ann. 1. mens. 4. d. 12. Vacat Sedes mensem vnum, & dies 3.

De S. Lucio consule Gviferum Salernitanum Benedictinum, & Antonium Bosium.

De Epistola Franciscus Iouerius *in Collectione*, Eusebius *lib. 7. cap. 3. hist. Eccles.* Genebrardus *lib. 3. Chronogr.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Coccius *in Thesauro*. Thomas VValdensis Carmelita *tom. 1. lib. 4. art. 3. cap. 38.* Iacobus Gualterus *sec. 3. col. 1. & 5.* Coriolanus *præud. 7. summa Concil.* Gesnerus *in Biblioth.* Ciaconius *in Lucio*. Papyrius Massonius *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.*

LVCIVS

LVCIUS II. antea Gerardus Cecianimicus, Bononiensis, Papa 165. ex Canonico Regulari Lateranensi, aliis S. Mariæ Rhenanæ anno 1144. die 9. vel 12. Martij creatus, & 26. coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum tres leguntur *tom. 7. Concil. & tom. 12. Annal. Baronij.* Quatuor in *Chronico MS. Vezaliensi*, & duæ in *Bibliotheca Cluniacensi*, ab Andrea Duchesnio edita, ac demùm una, quam penes se MS. habet, V.C. Gabriel Naudæus.

Obiit Romæ anno 1145. die 25. Februarij: sepultus in Laterana Basilica. Sedit menses 11. & dies 14.

De rebus gestis Anonymus in *Vaticano*. Ioannes Philippus Nouariensis, Abbas Pennotus, Vrbanus Fliscus, & alij.

De Epistolis testimonia perhibent Petrus Venerabilis *l. 5. Epist.* Otho Episcopus Frisingensis *lib. 7. cap. 31.* Duchesnius in *Lucio*, Carnusius *ibid.* Angelus Manrique *tom. 2. Annal. Cisterc. ann. 1145. cap. 1.* Ciaconius in *Lucio II.* Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibliotheca Præmonstratensis.*

LVCIUS III. antea Vbaldus Alucingolus, Lucensis, Papa 170. anno 1181. die 29. Augusti creatus, & die sequenti coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum quædam leguntur *tom. 7. Concil. in Appendice ad Concilium Lateranense III. OEcumenicum, & tom. 12. Annal. Baronij*, cum eius Concilio Veronensi, cuius tamen acta sunt hæcenus in obscuro.

Decreta Lucij varia reperio in *Codice MS.* apud nostros Carmelitas Lugdunenses asseruato, licet vnicum *de hæreticis* legatur apud Gratianum.

Obiit Veronæ anno 1185. die 25. Nouembris: sepultus in Ecclesia Cathedrali ante maius Altare, sub tumba marmorea cum sequenti inscriptione, quam hîc accepimus anno 1640.

Ossa Lucij III. Pont. Max. cui Roma ob inuidiam pulso, Verona tutissimo ac gratisimo perfunctum fuit, ubi conuentu Christianorum actio, dum præclara multa molitur, è vita excessit.

Alia.

*Luca dedit lucem tibi Luci, Pontificatum
Ostia, Papatum Roma, Verona mori.*

V 2

Immo

*Inno Verona dedit tibi lucis gaudia, Roma
Exitium, curas Ostia, Lucamori.*

Sedit annos 4. menses 2. & dies 28.

De rebus gestis Anonymus in *Indice Romano* prohibitus; alter asseruatur in *Bibliotheca Palatina*.

De Epistolis Matthæus Paris, Rogerus Houedenus, Stephanus Episcopus 49. Tornacensis in *Epist. ad Lucium*, Rolandus Episcopus 36. Dolensis, & Cardinalis *ibid.* S. Ioannes Scotus, Episcopus San-Andreas *ibid.* Ioannes Cuminus, Archiepiscopus Dubliniensis *ibid.* Aiulfus, Scotus, Decanus de Lodoneio *ibid.* Bertramus, Scotus, Prior de Coldinghamo *ibid.* Philippus Augustus Francorum Rex *ibid.* Ioannes Pagæus Doctor Sorbonicus *lib. 3. Bibl. Pramonstratensis.*

M.

SANCTVS MARCVS, Papa 35. anno 336. die 15. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolam, seu Rescriptum de missione capitulorum Niceni Concilij Athanasio & omnibus Ægyptiorum Episcopis. Extat cum epistola D. Athanasij & Ægyptiorum Episcoporum *rom. 1. Concil* in Concilio Nicæno è Græco, ac Arabico in Latinum conuerso ab Alphonso Pisano, Toletano S.I. *lib. 3. & in collectione Decretorum* Doctoris Francisci Iouerij, & in *illis Basileæ 1536. & Colonia 1570.* studio Lamberti Gruteri cum Ioannis Sichardi argumentis editis. Tandem Baronius *ann. 336. n. 15. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Binius in *Concilio Nicæno*, Duchesnius in *Marco*, & Posseuinus in *Apparatu*, validis rationibus probant, hanc Epistolam nomine Marci, suppositam esse.

Eius *Decreta* leguntur in alijs Colonia editis, & apud Iuonem, Gratianum & alios Decretorum collectores.

Obiit anno 336. die 7. Octobris: sepultus in cœmeterio Balbinæ viâ Ardeatinâ, quod ipse viuens construxerat, cum sequenti Epiraphio à S. Damaso Papa, composito.

Inclyt a vita fuit Marci, quam nouimus omnes,

Scili

Scilicet ore Dei posset qui temnere mundum.
Præsertim orauit populus quod disceret omnis.
Clarus honor vitæ grandis, contemptus habendi.
Inuicti virtus tenuit penetratia cordis.
Seruat te custos Christus perfectus amicus.
Et tibi dat Damasus tumulum, cum reddit honorem.
Hic Marcus Marci vitæ fide, nomine, consors,
Et meritis, firmæque fide, fideique vigore.

Sedit menses 6. & dies 24. Vacat Sedes dies 19.

De S. Marci rebus gestis Guido Rauennas Presbyter, Franciscus Castilonius Florentinus, Damasus Portuensis de vitis Romanorum Pontificum, Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Martinus Polonus *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Ioannes Franciscus Bordinus *ibid.*

De scriptis loquuntur Stephanus Papa in *Epistola ad Luthobium Archiepiscopum* 61. *Moguntinum.* Concilium Generale Florentinum *sess.* 20. Marianus Scotus *ann.* 331. Coccius in *Thesuro*, Ioannes Ekius de *Primatu Petri lib.* 1. *cap.* 45. Gualterus *saecul.* 4. *col.* 1. *verit.* 8. §. 1. & 11. §. 1. Genebrardus *l.* 3. *Chron.* Ioannes Petrus Camus in *Marco.* Duchesnius *ibid.* Elzear Doraison, Massiliensis *lib. de statu Ecclesie militantis,* *cap.* 32. Bibliotheca Gesneri.

S. MARCELLVS I. Romanus, Papa 31. anno 304. die 21. Nouembris creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Extant apud Binium cum Notis *tom.* 1. *Concil.* Baronium *ann.* 304. & 309. Iouerium, Gruterum & *tom.* etiam 1. *Epist. Pontif.*

Decreta apud Gratianum, & alios Canonum, seu Decretorum Collectores.

Martyrio coronatur Romæ anno 309. die 16. Ianuarij, sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salaria, cum sequenti Epitaphio etiam à S. Damaso concinnato.

Veridicus Rector lapsos quia crimina flere

Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus:

Hinc furor, hinc odium, sequitur discordia, lites,

Seditio, caedes, solvuntur fœdera pacis,

V 3

Crimen

*Crimen ob alterius Christum qui in pace negavit,
Finibus expulsus patria est feritate Tyranni.
Hæc breuiter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli vt populus meritum cognoscere possit.*

Sedit annos 5. mens. 1. & dies 25. Vacat Sedes dies 20.

De vita S. Marcelli Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis, Vrsio Abbas Altimontensis, Andreas Saussayus, Franciscus Castalionius, Anonymus; eius officium S. Gregorius Magnus Pontifex instituit. Solemni autem officio diem Natalis eius, vt reliquorum Pontificum Martyrum, Gregorius VII. Pont. Max. celebrari decreuit: vt in *Micrologo*, cap. 43. scriptum est.

De Marcelli Epistolis Possseuinus in *Apparatu sacro* v. M. Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 4.* Coccius in *Thesauro*, Ekus *l. 2. cap. 10. & lib. 3. cap. 4.* Thomas V Valdensis *l. 2. art. 3. cap. 41.* Ioannes Morinus in *Hist. Ecclesie*, Genebrardus *l. 3. cap. 41.* Gualterus *sec. 4. col. 1. verit. 8. §. 1. & 11. §. 1.* Coriolanus in *præludij summa Conciliorum*. Bibliotheca abbreviata *Gesneri* Ferdinandus à Mendosa *1. cap.* Alphonsus Ciaconius in *Marcello*, Baptista Platina *ibidem*. Gabriel Martinus *aduersus Vulsonem*.

MARCELLVS II. antea Marcellus Ceruinus, natione Tuscus, patriâ Politianus, Papa 223. anno 1555. die 9. Aprilis creatus, & 10. coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum quatuor leguntur *inter Epistolas Friderici Naueæ*, & duæ ad Iulium III. Papam *inter Principum Epistolas*, Venetiis 1570. Italicè editas *pag. mihi 165. & 168* Variæ eius Epistolæ reperiuntur *sub nomine Alexandri Farnesij Cardinalis Pauli III. nepotis*, cuius fuit Secretarius.

Constitutio eius Ecclesiastica, *de prorogatione subsidij trecentorum millium scutorum*, &c. legitur in *Collectione Romana pag. 399. & 400.*

Obiit anno 1555. die 1. Maij, sepultus apud S. Petrum iuxta Nicolai V. corpus. Sedit dies 11. Vacat Sedes dies 22.

De Marcello II. Laurentius de Burgo, Hilarion Costæus, Guiliel

Guilielmus Rouilius, Cabrera, Panuinius, Ciaconius, Iulius Pogianus.

De eius Epistolis Paulus Manutius *in Epist. ad Marcellum*. Fridericus Nausea *ibid.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegmat. Christiano*.

S. MARCELLINVS, Romanus, Papa 30. anno 296. die 3. Maij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Extant *tom. 1. Epist. Pont.* apud Binium *tom. 1. Concil.* apud Baronium *ann. 296. & 304.* Franciscum Iouerium, Lambertum Gruterum, & Ioannem Sichardum.

Decreta apud Iuonem Carnotensem *l. 4.* Gratianum *in Decreto*, & alios Decretorum Collectores.

Martyrio coronatur anno 304. die 26. Aprilis, sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salaria. Sedit annos 7. menses 11. & dies 26. Vacat Sedes menses 6. & dies 27.

De laudibus Marcellini Andreas Saussayus, præter *vitarum Pontificiarum* scriptores.

De Epistolis testimonia perhibent Possseuinus *in Apparatu sacro v. M.* Coccius *in Thesauro*. Ekus *l. 3. cap. 18.* Franciscus Feuardentius *in sua Theomachia Caluinistica, l. 1. de S. Trinitate*. Genebrardus *l. 3. Chron.* Bibliotheca Gesneri. Ludonicus Carbo *de script. sacris in 3. D. Thoma partem cap. 29.* Alphonsus Ciaconius *in Marcellino*, Bellarminus *de Rom. Pont. l. 4. cap. 8. & l. 2. cap. 19. de Conciliorum auctoritate*, Nicolaus I. *Epist. ad Michaelem Imp.* Nicolaus Sanderus *l. 7. de visib. Ecclesie Monarchia*, Franciscus Suarez *in defensione fidei Catholice l. 3. de Primatu Rom. Pont. cap. 18. num. 11.*

MARINVS I. antea Constantinus vocatur, Tuscus, patriâ Gallesianus, Papa 110. anno 882. die 28. Decembris creatus, scripsit, teste Andrea Duchesnio,

Epistolas aliquot, præsertim ad Eurardum Archiepiscopum 52. Senonensem, & Ioannem Archiepiscopum 39. Rothomagensem. Ei scribit pro Oxoniensi studio Neotus Edulphius Einesberiensis.

Decessit Romæ anno 884. die 18. Ianuarij, sepultus more prædecesso

prædecessorum, in Basilica Vaticana. Sedit annum 1. & dies 20. Vacat Sedes dies 2.

Eius vitæ scriptores Petrus Guïllermus, Martinus Polonus, Alphonfus Ciaconius, Baptista Platina, Papyrius Mafonus, Andreas Duchefnius, & alij.

MARINVS II. Romanus, Papa 130. anno salutis 943. creatus die 1. Nouembris. scripsisse fertur

Epistolam ad Leonem Abbatem Monasterij S. Vincentij de vulture prope Capuam, quam recitant Ioannes Monachus in Chronico eiusdem Monasterij, & Cardinalis Baronius ann. 944.

Obiit anno 946. sepultus in Vaticano. Sedit annos 3. menses 6. & dies 13. Vacat Sedes dies 12.

S. MARTINVS I. Tuscus, patriâ Tudertinus, Papa 76. anno 649. die 1. Iulij creatus, Ciaconio die 6. Iulij creatus, & 16. Septembris Romæ coronatus, scripsit

Epistolas varias; quarum octodécim edidit Binius tom. 4. Concil. ex duobus Codicibus Græcis Vaticanis; quorum vnus ab Anastasio Bibliothecario è Græco in Latinum versus est, cum præfatione eiusdem Anastasy, ad Martinum Narniensem Episcopum. Item Baronius tom. 5. Annal. vnâ cum eius Concilio Lateranensi, quod promittit eruditissimus Episcopus Vafionensis Ioseph Maria Suarezius, vt nos monuit per Epistolam. hoc Concilium asseruatur MS. in Bibliotheca Sfortiana in classe Theologorum num. 3. & Monachij in Bauaria, cum variis Epistolis, Græcè.

Martyrij palmam adeptus est Chersonæ in Ponto anno 654. die 12. Nouembris: sed postea translatus Romam in Titulum Equitij apud Carmelitas SS. Syluestri, & Martini de Montibus. Sedit annos 5. mens. 4. & dies 12. Vacat Sedes annum 1. & menses duos.

De vita & rebus gestis Menologium Græcorum, Ioseph Maria Suarezius, Anastasius & alij.

De Epistolis Martini Theophanes Historicus Græcus, Auctor *vite S. Maximi Abbatis*. S. Dado Audoënus Archiepiscopus 21. Rothomagensis in *vita S. Eligij Episcopi* 21. Noniodunensis. Agatho I. Papa in *Epistola Synodica ad Constantinum*

tinum Imperatorem, &c. Constantinus Imperator in *Epist. ad Martinum*. Maurus Archiepiscopus 34. Rauennas *ibid.* Stephanus Edorenfis *ibid.* Coccius in *Thesauro*. Ekius de *Primatu Petri*. Posseuinus v. M. Sanchez de *matrimonio* l. 7. *disput.* 86. num. 11. Bibliothecâ Gesnerianâ, Alphonsus Ciaconius in *Martino I.* Andreas Victorellus in *additione ad vitam Martini I.*

MARTINVS II. aliis I V. antea Simon de Bria, Gallus, patriâ Monpitijs in Bria Diocesis Senonensis, Papa 188. anno 1281. die 22. Februarij Viterbij creatus, ibidemque in Basilica S. Andreæ die 23. Martij coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum Registrum MS. asseruatur in Vaticano.

Obiit Perusij anno 1285. die 29. Martij, Franciscanorum habitu indutus, miraculis clarus, ibidemque sepultus in Ecclesia Cathedrali. Sedit annos 4. mens. 1. & dies 7. Vacat Sedes dies 4.

De *Epistolis* Henricus Stero Monachus in *hist. Arragonie*. Papyrius Masso, qui partim eas desumpsit ex *Chartulario MS. S. Martini Turonensis*. Lucas V Vadingus in *Registro Pontif. tom. 2. Annal. Minorum*. Eberardus Archidiaconus Ratisponensis in *Chronica*, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Martini*.

MARTINVS III. aliis V. antea Odo Columna dictus, Romanus, Papa 207. anno 1417. die 11. Nouembris Constantiæ creatus, ibidemque die 21. eiusdem mensis coronatus, scripsit

De translatione corporis S. Monica B. Augustini matris Ostiæ Romam, sermonem. Extat in *Historia Augustiniana Tolosæ* 1641. edita pag. 473. & seqq.

Epistolas varias, quæ asseruantur MSS. in Vaticano. Eius verò *Constitutiones in Collectione Romana, & in Magno Bullario Laertij Cherubini tom. 1.*

Eius Approbatio Regula Monachorum, extat inter opera D. Hieronymi. *Eiusdem testamentum & Ceremoniale Curie Romanæ*. Extant MSS. Romæ in Biblioth. Barberina.

Regesta Bullarum & Breuium Martini V. MSS. in Vaticano. *Leges pro Cardin.* Leguntur in eius vita à Contelorio edita.

Obiit anno 1431. die 20. Februarij : sepultus in Laterano, sub tumba ænea, cum sequenti inscriptione ad effigiei pedes apposita, sic à nobis collecta.

Martinus Papa V. sedit annos 13. menses 3. dies 12. Obijt anno 1431. die 22. Februarij, temporum suorum felicitas.

De Martino Felix Contelorius I C. Baptista Malatesta Princeps & Comitissa Montisfeltrensis, Acta Concilij Constantiensis, Consistorialia, seu Diarium sub Martino V. Huldricus Riehenthal, Ioannes Riudellus, Thomas Abbas Scotus, Baptista Fulgotius.

De scriptis Ioannes Charlerius Gersonus tract. *Quomodo, & an liceat in causis fidei à summo Pontifice appellare, seu eius iudicium declinare*, tom. 1. pag. mihi 431. & in *Epistola ad Martinum nomine Regis Francia scripta*. Thomas V Valdensis, Coccius in *Thesauro*. Beyerlinck lib. *Apophthegm. Christ.* Cherubinus in *Bullario*. Rodericus *ibid.* Confettius *ibid.* Binius tom. 7. & 8. *Concil.* Bzouius in *Martino V.* Spondanus *ibid.* Simplicianus San-Martinus, Augustinianus, Professor Regius in *Academia Tolosana, in vita S. Monica.* Augustinus Fiuizanius, Ciaconius in *Martino V.* Andreas Victorellus *ibid.* Paramus lib. 2. cap. 9. Lucas V Vadingus tom. 5. *Annalium Minorum.* Ioannes Pagæus lib. 3. *Bibl. Præmonstratensis.*

S. MELCHIADES, vel Miltiades, Africanus, Francisco Maurolicq Hispanus, patriâ Mantuanus, Papa 33. anno 311. die 3. Octobris creatus, scripsit

Epistolam unam, quam Binius Notis decorauit tom. 1. *Concil.* extat etiam tom. 1. *Epistol. Pont.* & tom. 3. *Annal.* Baronij, & apud Franciscum Iouerium. Falsò adscribitur nostro Melchiadi *Epistola de primitiua Ecclesia & munificentia Constantini Magni Imperatoris*, teste Binio *ibid.*

Decreta apud Gratianum, Isidorum, Iuonem & alios.

Obiit anno 313. die 10. Decembris: sepultus in cœmeterio Callisti. Sedit annos 2. mens. 2. dies 7. Vacat Sedes mens. 1. & dies 22.

De laudibus S. Melchiadis lege S. Bernardum. Differt ab alio Miltiade, de quo S. Hieronymus in *Catal.* Trithemius Posseninus, & alij.

De

De scriptis Thomas VValdensis Carmelita, Ioannes Ekius, Coccius, Genebrardus, Possenuinus, Gualterus, Ioannes Merinus *in vita Constantini*, seu *historia Ecclesie*, Elzear Doraison, Gallus *in Melchiade*, Coriolanus *in annot. ad Canones Apostol.* Gesneri *Bibliotheca*. Ludouicus Carbo *de sacris Script. in 3. p. D. Thoma*, cap. 32. *de Sacramentis in communi. de Baptismo & Confirmatione*, Franciscus Hallerius *in defensione Ecclesiastica Hierarchie*.

N.

SANCTVS NICOLAVS I. Romanus, Papa 107. anno 858. die 24. Aprilis creatus, scripsit

Epistolas doctissimas, quarum Baronius 82. citat ex Codicib. Nicolai Fabri, Parisini, & S. Mariæ super Minervam. Binius verò 91. tom. 6. *Concil.* Sexdecim dumtaxat prodierant Romæ apud Franciscum Priscianensem 1542. in fol. Parisiis 1616. Colonia, Lipsiæ & alibi. Quædam etiam leguntur *inter Epistolas* Hinemari Archiepiscopi Remensis à Ioanne Cordesio Lemouicensi Canonico, Lutetiæ apud Sebastianum Cramoisy 1615. in 4. editas.

Refutationem aduersus decem calumnias Græcorum. Extat tom. 6. *Concil.* & tom. 10. *Annal.* Baronij.

Responsa ad consulta Bulgarorum. Extant tom. 6. *Concil.* cum septem eius Conciliis, tom. 10. *Annal.* Baronij ann. 866. num. 7. & seqq. Prodierunt etiam Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum studio Francisci Turriani S. I. Theologi insignis.

Eius *Decrèta* apud Gratianum, Ioannem Cochlæum, Carranzam, Iouerium, & alios Decretorum Collectores.

Obiit anno 867. die 13. Nouembris: sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio:

*Conditur hoc antro sacra substantia carnis
Præsulis egregij Nicolai, dogmate sancto
Qui fultit cunctis, mundumque repleuit & urbem.
Intactis nituit membris, castoque pudore,
Qua docuit verbis, actuque peregit opimè.*

*Sidere æ plenus mansit doctusque Sophia,
Calorum claris quæ seruat regna triumphis,
Vt regnet solijs procerum per secula natus.*

Sedit annos 9. mens. 2. & dies 20. Vacat Sedes mens. 1.
& diem 1.

Eius vitam posteritati tradiderunt Anastasius Bibliothecarius, Platina, Onuphrius, Massonus, Ciaconius, Duchesnius, & alij *de Rom. Pontificum vitis.*

De eius scriptis Trithemius, Possevinus, Gesnerus, S. Antonius, Genebrardus, Adrianus II. Papa, Carolus & Lotharius Francorum Reges *in Epist. ad Nicolaum*, Hincmarus Remensis *ibid.* Aduentius Episcopus 41. Metensis *ibid.* Basilius Imperator *ibid.* Photius Patriarcha Constantinopolitanus *ibid.* Rotlandus Archiepiscopus 38. Arelatensis *ibid.* Rothaldus Episcopus 34. Sueffionensis *ibid.* Franco Episcopus 38. Leodiensis *ibid.* Odo Episcopus 32. Bellouarenensis *ibid.* Robertus Episcopus 23. Cenomanensis *ibid.* Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus *ibid.* Hirmintruda & Teuperga Regina Gallia *ibid.* Vdalricus Episcopus Augustanus *aduersus Nicolai I. Epistolam*, scripsit *librum* 1. cuius argumentum est, quod sacrificulis coniuges interdixerit, ex V Vestheimero; sed reputatur fictitius apud Catholicos. Leo Papa IX. *in Epistola ad Principes Britannia*, Michael Monachus Presbyter, & Synzelus *in Encomio S. Ignatij Patriarcha*. Iustinianus Imperator *in Epist. ad Ioannem VII. Papam*. Aloysius Lipomanus Episcopus *in Caten. expositionum libri Geneseos*. Ciaconius *in Nicolao I.* Ioannes Eusebius S. I. *lib. Stromatum pag. 28.*

NICOLAUS II. antea Gerardus de Burgundia, Allobrox, aliis Gallus, Papa 154. anno 1059. die 3. Ianuarij Senis creatus, scripsit

Epistolas varias, quarum quædam leguntur apud Binium *tom. 7. Concil.* cum tribus eius Conciliis, Bignæum *tom. 3. Biblioth. Patrum*, Baronium *anno 1059. num. 78.* Papyrium Massonum *in sua Epistolarum Pontificiarum collectione.* Parisiis 1611 edita.

Eius *Decreta* apud Iuonem Carnotensem, Gratianum, Barbofam & alios.

Obit

Obiit Florentiæ anno 1061. v. Non. Iulij, sepultus in Cathedrali. Sedit annos 2. & mens. 6. Vacat Sedes mensibus ferè tribus.

De scriptis Petrus Cardinalis Damianus *in Epist. ad Nicolaum*. S. Eduuardus I. Angliæ Rex *ibid.* Geruasius Barbet Archiepiscopus 43. Remensis *ibid.* Ealredus Historigraphus Anglus *in Eduuardo III.* Guimundus Episcopus Auersanus *lib. de sacram. altaris.* Lanfrancus *lib. aduersus Berengarium.* Algerus Scholasticus Leodiensis *lib. de sacram.* Coccius *in Thesauro.* Coriolanus *pral. 10. summa Conciliorum pag. mihi 84.*

NICOLAVS III. antea Ioannes Caietanus Vrsinus, Romanus, Papa 187. anno 1277. die 25. Nouembris Viterbij creatus, & die 26. Decembris, Romæ in Basilica Vaticana coronatus, scripsit

De electione dignitatum, librum.

Registrique eius duo volumina in Vaticano MSS. afferuantur.

Obiit Suriani prope Viterbium anno 1280. die 22. Augusti, sepultus tandem Romæ in Vaticano in sacello tituli B. Nicolai à se condito, tumulo marmoreo emblematis ornato.

Eius laudes celebrant Auctores Pontificij, & Ægidius Cardinalis Viterbiensis *in M. S. XX. Seculorum historia pagin. 173.*

De scriptis loquuntur Possuinus *in Apparatu.* Nomenclator Cardinalium Coccius *in Thesauro.* Ekus *de Primatu Petri.* Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* V Vadingus *tom. 2. Annal. Min.* Cherubinus *in Bullario Magno.* Duchesnius *in eius vita.* Salmeron *tract. 69.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Nicolai III.*

NICOLAVS IV. antea Hieronymus Asculanus, Picenus, Ordinis Minorum, Papa 190. anno 1288. die 22. Februarij, creatus Romæ & 24. coronatus, scripsit

In aliquot libros S. Scripturae Commentaria.

In Magistrum Sententiarum lib. 4.

Sermones de Sanctis lib. 1.

Sermones de tempore lib. 1.

Ad Patres Congregatos in Concilijs Generalibus Patavij lib. 1.

Summas varias.

Epistolarum volumina tria in Vaticano asseruantur. Nonnulli hæc volumina tribuunt Ioanni Asculano, sed correctius Hieronymo.

Varias Constitutiones Ecclesiasticas, & præsertim aduersus hæreticos; illa pro Benedictinis, prodiit Parisiis 1519. in 8. apud Iacobum le Messier.

Obiit anno 1292. die 4. Aprilis: sepultus in Basilica S. Mariæ Maioris cum sequenti Epitaphio sic à me collecto:

Nicolao IV. Asculano Piceno Pontifici Maximo, cum neglecto diu sepulchro ferè latuisset, Fr. Felix Perettus Cardinalis de Monte alio in ordinem & patriam pietate posuit.

Nicolaus IV. Ordinem Minorum professus, Philosophus & Theologus egregius, Constantinopolim à Gregorio X. missus, Græcos ad R. E. Communionem, Tartaros ad fidem reduxit, post S. Bonauenturam Generalis, sanctitate & doctrinâ, Ordinem propagauit. Nicolai III. Nuntius inter Francorum & Castellæ Reges pacem conciliauit. Sanctæ Pudentianæ Card. Legatus, Honorij IV. in Galliam Senatoriam P. R. dignitatem Sedis Apostolicæ restituit. Factus Pontifex Remp. sublati discordijs composuit, Christianos Principes sacro fœdere iunxit. Ptolemaidem copijs adiuuit, Flaminiam in Pontificis iterum ditionem redegit. Publicum in Montepesulano Gymnasium instituit. Probos & eruditos in cognatorum loco tantum habuit Lateranen. & hanc Basilicam structuris & opibus auxit. Tandem iustitia & religione orbem terra moderatus magna sanctitatis opinione. Obijt pridie Nonas Aprilis M. CC. XCII. Pont. sui ann. 5.

Hic tumulus tumulat humilem qui fascibus anctum,

Sic moriens statuit ossa manere sua.

Hunc Franciscus alit, cardo ut sit, almaque Petri,

Sedes magnificat, gratia Dei beat.

Quartus Papa fuit Nicolaus, Virginis adem

Hanc lapsam reficit sitq; vetusta noua.

Petrus Apostolicus ocium Franciscus alumnus

Protegit: Omnipotens, matre rogante, bect.

Sedit annos 4. mens. 1. & dies 14. Vacat Sedes annos 2. menses 3. & dies duos.

De

De rebus gestis Lucas VVadingus in *Annalibus Minorum*.

De scriptis Franciscus Gonzaga in *Historia Seraphica*,
Henricus Sedulius *ibid.* Marcus Vlyssiponenſis *ibid.* Bernar-
dinus de Beſſa *ibid.* Petrus Rodulphus *ibid.* Peregrinus Bo-
nonienſis *ibid.* Henricus VVillotus in *Atheis Franciſcanis*,
v. H. & N. Poſſeuinus in *Apparatu & in Bibl. ſelecta*. Trithe-
mius, Ludouicus Carbo, Angelus Rocca in *Bibl. Theologica*.
Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium*. Bzouius in *Annal.*
Spondanus *ibid.* S. Antoninus *ibid.* Duchetnius in *eiſus vita*.
Cherubinius in *Bullario*. Rodicus *ibid.* Bibliotheca abbrevia-
ta *Conradi Geſneri Lutherani*, Andreas Victorellus *addit. ad*
vitam Nicolai I V. Eberhardus Archidiaconus Ratiſponen-
nenſis in *Chronico*. Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliotheca Pramon-*
ſtratenſis.

NICOLAUS V. antea Thomas Lucanus Sarzanus, alijs Se-
rezanus, Lucenſis, Papa 109. anno 1447. die 6. Martij crea-
tus, & 29. eiſdem menſis ad gradus S. Petri in Vaticano
coronatus, ſcripſit

Epistolâs doctiſſimas; quarum vna ad Constantinum Pa-
læologum Imperatorem Constantinopolitanum aſſeruatur
MS. Græcè & Latine in Ducis Bauariæ Bbliotheca, ex *Ca-*
talogo Codicum Græcorum, & Viennæ in illa Imperatoris, cum
verſione Theodori Gazæ. Vnam legi Belnis in Burgundia ad
Canonicos Belnenſes, nullius diœceſis, directam, cuius origi-
nale aſſeruat D. D. L. P. Canonicus; eiſus Regeſtum aſſer-
uatur MS. in Vaticano.

Orationem habitam ad Cardinales poſt Eugenij IV. ſunus, ex
Victorello.

Constitutiones Eccleſiaſticas in Collectione Romana, & Lit-
teras Apoſtolicas tom. 8. *Concil. Binij*, & in *Bullarijs MSS.* in
Vaticano.

Obiit anno 1455. die 24. Martij; ſepultus in Vaticano cum
ſequenti Epitaphio, ab Ænea Syluio compoſito.

Hic ſita ſunt quinti Nicolai Antifſtitis oſſa,

Aurea qui dederat ſæcula, Roma, tibi.

Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni,

Excoluit doctos, doctior ipſe, viros.

Abſtulit

Abstulit errorem, quo schisma infecerat Urbem:
 Restituit morès, mœnia, templa, domos.
 Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi:
 Sancta Iubilæi tempora dum celebrat.
 Cinxit honore caput Frederici coniugis aureo,
 Res Italas arcto fœdere composuit.
 Attica Romana complura volumina lingua
 Prodidit. En tumulo fundite thura sacro.
 Sedit annos 8. & dies 19. Vacat Sedes dies 15.
 De laudibus Nicolai V. Nicolaus vel Franciscus Philel-
 phus, Ioannetius Manetius, Pogius Brandolinus, Ladislaus
 Rex Hungariæ, Aeneas Syluius, Guarinus Veronensis, Ioan-
 nes Riudadellus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Plati-
 na & alij.
 De scriptis Aeneas Syluius in *Epist. ad Nicolaum*. Georgius
 Trapezuntius *ibid.* Leonardus Chiensis Mithylinæus Episco-
 pus *ibid.* Franciscus Philolphus *ibid.* Isota Nouarolo, Virgo
 nobilis Veronensis *ibid.* Antonius Possennus in *Apparatu sa-
 cro v. N.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Bi-
 bliotheca Gesneriana, Torquatus Perottus Episcopus Ame-
 rinus, Andreas Victorellus Theologus *addit. ad vitam Nico-
 lai V.* Ioannes de Anania *lib. de Iubileo*, Franciscus Ioannetus
in Nicolao V. Iacobus Gretferus *aduersus Plessæum Calvinistam*,
 Ioannes Cochlaus *lib. histor. Hussitarum*. Lucas VVadingus
tom. 5. Annalium Minorum. Ioannes le Paige *lib. 3. Bibliotheca
 Pramonstratensis.*

P
 ANCTVS PASCHALIS I. Romanus, Monachus,
 Papa 100. anno 817. die 27. vel 28. Ianuarij. creatus,
 scripsit
Epistolas. Extant in Vaticano *pluteo 3. num. 153.* & in alio
 exemplari. Vide etiam Antonium Bossium *in historia S. Ci-
 cilia*, &c.
 Obiit Romæ anno 824. die 12. Martij, sepultus ex Ana-
 stasio

stasio Bibliothecario in Vaticano: tamen in Ecclesia S. Praxedis apud Monachos Vallis-Vmbrosæ, legi sequentem inscriptionem, supra magnam tumbam ad ingressum sacelli sacrae Columnæ D. N. Iesu Christi appositam.

S. P A S C H A L I S P P. I.

Sedit annos 7. mens. 3. dies 17. Vacat Sedes dies 4.

De Epistolis Theaganus Coëpiscopus Treuirensis *in vita Ludouici Pij Imperat.* Michaël Studita *in vita Theodori Studita.* Theodorus ipse Studita *lib. 2. Epistolarum Epist. 62. 63. & 66.* Hieronymus Rubeus *in hist. Rauen.* Ioannes à Bosco *in Bibliotheca Floriac.* Binius *tom. 6. Concil.* Baronius *tom. 9. Annal. anno 817.* Ludouicus Pius Imperator *Epistolâ ad Paschalem I.*

P A S C H A L I S II. antea Renatus, vel Rainecius dictus, Tuscus, patriâ Bledanus, Benedictinus, Papa 159. die 12. Augusti anno Domini 1099. creatus, scripsit

Epistolas varias; quarum triginta duæ habentur apud Binium *tom. 7. Concil.* & Baronium *tom. 12.* cum eius decem Conciliis. Quasdam etiam refert Henricus Canisius *I. C. tom. 2. Antiq. Lect.*

Decreta. Extant apud Gratianum & alios Decretorum Collectores.

Obiit anno 1118. die 18. Ianuarij: sepultus in Basilica Lateranensi. Sedit annos 18. mens. 5. dies 4. Vacat Sedes dies 3. vel 5.

De rebus gestis Herrandus Stephanus, Petrus Diaconus, Petrus Guillelmus, Sigebertus, Pandolphus Pisanus, Anonymus in Vaticano, Ioannetus, Florauantes, Martinellus.

De scriptis Iuo Carnotensis *in Epist. ad Paschalem*, Otto Bambergensis *ibid.* Guilielmus Malmesburiensis, Guilielmus Tyrius, Domnizo *in vita Marhildis*, Ioannes Mariana *lib. 10. cap. 8. hist. Hispania.* Simon Barthelius *in Oggerio Episcopo Regiensi.* Salmeron *tract. 69.* Petrus Lombardus *l. 4. dist. 42. de spiritali cognitione*, Ioannes & Benedictus Cardinales Legati *Epist. ad Paschalem*, Gualterus Episcopus Cabilonensis *ibid.* Hugo Archiepiscopus Lugdunensis *ibid.* Andreas Victorinus *addit. ad Paschalem II. vitam Ciacontianam*, Gabriel Pennotus *lib. 2. cap. 41. hist. Trip. Canon. Regul.*

Y

S. PAV

S. PAVLVS I. Romanus, Stephani III. Papæ frater, Papa 95. anno 757. die 28. vel 29. Maij creatus, & consecratus. Romæ, scripsit

Epistolas quamplurimas, vno Codice contentas, & olim in Bibliotheca Vaticana asseruatas, sed furto, aut alio (teste Baronio) aliquo modo inde sublatas, quas tandem omnes in lucem promittebat V. Cl. Andreas Duchesnius Historiographus Regius. Quædam tamen leguntur apud Binium tom. 7. Concil. Baronium tom. 9. Annal. & Gretserum in volumine *Epistolarum Pontificiarum*.

Obiit in Monasterio S. Pauli extra muros anno 767. die 28. Iunij, sepultus primò in Basilica S. Pauli, deinde in Vaticano iuxta corpus S. Leonis Papæ I. Sedit annos 10. & mens. I. Vacat Sedes mens. I. & dies 8.

Martyrologium Romanum eum commemorat die 28. Iunij: illud verò Francisci Maurolici die 27. Ianuarij, forsan translationis.

De Epistolis Papinus Rex Francorum in *Epist. ad Paulum*. Eckerhardus Decanus S. Galli in *vita S. Notkeri*. Henricus Canisius tom. 6. *Antiq. Lect. cap. 10*. Hieronymus Rubeus lib. 5. *histor. Rauen.* Ioannes à Bosco in *Bibliotheca Floriacensi*, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Pauli I.*

PAVLVS II. antea Petrus Barbus, Venetus, Papa 212. anno 1464. die 31. Augusti creatus, & 9. Septembris ad fores Vaticani coronatus, scripsit

Constitutiones Ecclesiasticas in Collectione Romæ 1579. edita; & litteras Apostolicas in *Bullarijs*, præserim in magno 1638. edito.

Sub eius nomine etiam reperiuntur *quædam Epistola*, quarum auctor est Theodorus Lælius Cardinalis, teste Rupipozzo in *Nomenclatura Cardinalium*.

Regulas Cancellariæ in 4. reperiuntur etiam sub nomine Pauli II. ex *Bibliotheca abbreviata* Gesneri.

Obiit anno 1471. die 25. Iulij, sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio.

Paulus II. Venetus, Pontifex Maximus, è vetusta Barborum familia, præclaris naturæ dotibus, auunculo Eugenio IV. non inferior

inferior iustitia, pietatis, diuinarumque ceremoniarum cultor religiosissimus, Ecclesiastica libertatis maiestatisque defensor constantissimus, praecipuo pacis seruanda studio, & singulari omnis generis munerum abstinentia, formidanda etiam lege magistratibus indicta clarissimus. In Principes munificentia, in pauperes misericordia insignis: patrio amore annona copiam Vrbi dedit. Patrimonium Beati Petri erratis, populorum, indulgentissimi parentis affectu, emendatis, & conseruauit, & auxit. Ferentes armis haereticos repressit, & quod per difficilem rerum temporumve conditionem effici cum dignitate non poterat, matura cunctatione saluberrime disposuit. Vixit annos LIII. menses X. dies III. Sedit annos VI. menses X. dies XXV.

Marcus Barbus, Cardinalis S. Marci, Patriarcha Aquileiensis consanguineo bene merenti fecit, anno salutis MCCCCLXXII.

De laudibus Pauli II. Ambrosius de Vignate, Baptista Platina, Gaspar Veronensis, Rodericus Sancius.

De scriptis Illustrissimus Episcopus Pictauiensis in Nomenclatura Cardinalium. Laurentius Beyerlinck lib. Apophthegm. Christ.

PAVLVS III. antea Alexander Farnesius, Romanus, Papa 221. anno 1534. die 12. Octobris creatus, & die 3. Nouembris in Vaticano coronatus, scripsit

Versus quosdam.

Ciceronis Epistolas ad Atticum magno eruderauit studio, & interposito hinc inde iudicio declarationibus illustrauit.

Epistolas ad diuersos, praesertim ad Fridericum Nauseam, Desiderium Erasmus, Carolum V. Imperatorem Franciscum I. Francorum Regem, Iacobum Sadoletum, Gregorium Cortesium, Cardinales, & alios, qui vicissim ei rescripserunt.

Constitutiones Ecclesiasticas sexaginta quinque. Extant in Collectione Romana; sexaginta nouem vero in magno Bullario Cherubini Eusebius Pamphilius edidit vnā explicationem, in Concilium Pauli III. datum Imperatori, in Belgis, sed prohibetur in Indice Romano.

Obiit anno 1549. die 10. Nouembris: sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio:

Paulo III. Farnesio Pontifici Optimo Maximo.

*Discite mortales fluxa ut sit gloria mundi,
 Ut terrena breui tempore regna ruant.
 Qui Petri nuper sacrata in sede sedebam,
 Dum tegetet nostrum sacra Tiara caput,
 Qui potui dudum populis dare iura subactis,
 Ante meos Reges procubuerunt pedes.
 Maximus & Caesar pedibus dedit oscula nostris
 Numen, ut in terris iam veneratus eram.
 Tertius hic gelido condor sub marmore Paulus,
 Continet hæc cineres nunc brevis urna meos.
 Pontificem gessi summam ter quinque per annos,
 Tempestiua semel me Libitina rapit.
 Funera non lachrymis mea sunt spargenda, peregi
 Natura cursum, mors noua vita fuit.*

Obiit anno MDXLIX. Idus Nouembris.

Sedit ann. 15. dies 28. Vacat Sedes mens. 2. & dies 29.

De rebus gestis & laudibus Iacobus Sadoletus, Marius Podianus, Romulus Amasæus, Panuinius, Blasius Cæsenas, Petrus Bembus Ciaconius.

De scriptis Iacobus Sadoletus, Petrus Victorius, Lilius, Gregorius Giraldus, Franciscus Belcarius Peguilio Episcopus 82. Metensis lib. 23. & 25. Comment. rerum Gallicarum. Coccius in *Thesauro*. Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium*. Andreas Duchesnius in *eius vita*. Gesneri *Bibliotheca*, Mauricius Dux Saxonæ *Epist. ad Paulum III.* Marcellus Coruinus Cardinalis *ibid.* *Theatrum vitæ humanæ lib. 1. v. Astrologi, Genethliaci, &c.* Onuphrius in *eius vita*, Andreas Victorius *ibid.* Ioannes Baptista Paulianus *lib. 1. de Iubileo*, Nicolaus Sanderus *de schismate Anglicano*, Ferdinandus Vghellus *addit. ad Ciaconium*.

PAVLVS IV. antea Ioannes Petrus Caraffa, Neapolitanus, Ordinis Clericorum Regularium, aliàs Theatinorum Fundator, Papa 224. anno 1555. die 23. Maij creatus, & 26. Romæ in Vaticano coronatus, scripsit

Commentarium pro principatu Basilica Vaticana S. Petri, eiusque

que Sacerdotum. Extat M S. in Bibliotheca Cardinalis Ascanij Columnæ; quæ fuit Cardinalis Sirleti.

De obseruatione quadragesimali.

De emendanda Ecclesia ad Paulum III.

De Symbolo.

Orationes aliquot, præsertim vnã in Sadoleti funere habitam.

Regulam Clericorum Regularium, seu Theatinorum.

Epistolas ad varios; quæ habentur in editione Coloniae Vbiorum ex officina Kinkiana 1612. in 4. emissa. Ei scripsit Sultanus Solimanus Turcarum Monarcha.

Constitutiones Ecclesiasticas quinquaginta nouem. Extant in Collectione Romæ 1570. edita. Compendiosè eas redegit Iacobus Castellanus Clericus, Taruisinus, cum alijs Romanorum Pontificum Constitutionibus, Venetiis apud Franciscum Bolzettam 1603. in 4.

Reperitur sub nomine Pauli I V. *Epistola consolatoria ad suos dilectos filios*, qui prohibetur in Indice Romano.

Indicem librorum prohibitorum primus omnium confecit.

Et alia quædam ab abbreviatore hæretico *uniuersalis Bibliothecæ* non sine virosa natiuæ fraudis aspergine recensita.

Obiit anno 1559. die 18. Augusti: sepultus primò in Vaticano cum sequenti Epitaphio, carmine composito.

Si tua non pendet parijs innixa columnis

Paule, nec est titulus Vrna superba tuis.

Sat tibi pro tumulo Cælum est; nam maximè virum

Non alto poteras marmore Paule tegi.

Deinde in Ecclesia Dominicanorum supra Mineruam in sepulchro marmoreo à Pio V. erecto, cum alio Epitaphio, quod sic legimus.

Iesu Christo, spei & vitæ fidelium.

Paulo IV. Curassæ Pontifici Maximo, eloquentiâ, doctrinâ, sapientiâ, singulari innocentiâ, liberalitate, animi magnitudine præstanti, scelerum vindici integerrimo, catholica fidei acerrimo propugnatori: Pius V. Pontifex Maximus, grati & pijs animi momentum posuit. Vixit annos 83. mens. 1. dies 20. Obijt anno 1559.

15. Kal. Septembr. Pontificatus sui anno quinto.

Sedit ann. 4. mens. 2. & dies 27. Vacat Sedes mens. 4. dies 7.

De rebus gestis & laudibus Pauli, consulendi sunt Hugo Folietta, Franciscus Robertellus, Ioannes Baptista Castaldus, Laurentius de Burgo Murgellensi, Stephanus Binetus, Antonius Caracciolus, Cynus Campanus, Antonius Caraffa, Pirrhus Ligorius, Ioannes Paulus Flavius Albetanus, Hieronymus Magius, Ioannes Franciscus Firmanus, Ioannes Baptista Tuffus, Paulus Morigia, Ioannes Roberti, Cabrera, Panuius, Ciaconius.

Eius scripta celebrantur à Rupipozæo Episcopo Pictaviensi in *Nomenclatura Cardinalium*, Hilarione Costæo in *eius Elogio*, Iacobo Sadoletto in *Epist.* Stanislao Hosio *ibid.* Gropero *ibid.* Bernardino Schotto *ibid.* Bernardino Scharдонio Patavino *ibid.* Clemente VII. *ibid.* Laërtio Cherubino in *magno Bullario*, Andrea Duchesnio in *eius vita*, & aliis. Bibliothecâ abbreviatâ *Gesneri*, Ioanne Molano in *Bibliotheca materiarum, v. Iustitia & iustificatio*, Andrea Victorella *addit. ad Ciaconium*.

PAVLVS V. antea Camillus Burghesius, Romanus, Papa 234. anno 1605. die 16. Maij creatus, & 29. in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas ad varios, quarum legitimus auctor est Gregorius Portius ex Allatio. Ioannes de Orbara Paulo scribit *Epistolam* quæ est prohibita ex *Decreto 3. Iulij 1623.*

Constitutiones Ecclesiasticas quamplurimas, quæ leguntur in Collectionibus nouissimè editis, præsertim in *Bullario magno Laërtij Cherubini*, Romani IC.

Obiit ann. 1621. die 28. Ianuarij: sepultus in Basilica S. Mariæ Maioris, in munificentissimo Sacello B. V. Mariæ dicato, à se ædificato. Sedit annos 15. mens. 8. dies 12. Vacat Sedes dies 12.

De rebus gestis Abrahamus Bzouius, Andreas Victorellus, Lucas VVadingus, Hilarion Costæus, Iustus Rickius, Lælius Guidiccionus, Henricus Chiffletius, Archangelus Spina, Antonius Quirinus, Baptista Guarinus, *Censurarum libri aduersus Remp. Venetam*, Ferdinandus Carolus, Leo Allatius, Marcus Guadalajarra, Paulus Comitulus, Vespasianus Grispoltus, Paulus de Angelis, Marcellus Pallonius.

De

De Epistolis Apostolicis Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibliotheca Præmonstratensis*, Emanuel Rodericus Lusitanus *in Bullario*.

S. PELAGIUS I. Romanus, Papa 62. anno 555. mense Aprili creatus, consecratus verò 16. Aprilis Romæ, scripsit

Epistolas, quarum sexdecim leguntur *tom. 1. Epistolarum Pontificiarum, tom. 7. Annal. Baronij* ex vetusto Codice Arelatensi *ann 556. & 559. & tom. 4. Concil. Binij*, cum eius fide.

Obiit anno 559. die 4. Martij : sepultus in Vaticano cum sequenti Epiraphio :

Terrenum corpus claudant hac fortè sepulchra,

Nil sancti meritis derogatura viri.

Vivit in arce poli cælestis luce beatus,

Vivit & hic cunctis per pia facta locis.

Surgere iudicio certus, dextramque tenentem

Angelica partem se rapiente manu.

Virtutum numero titulos Ecclesia Dei,

Quos ventura diu sacula ferre queant.

Rector Apostolica fidei, veneranda retexit

Dogmata, que clarè constituere Patres.

Eloquio curans errorum schismate lapsos,

Vt veram teneant corda placata fidem.

Sacravit multos diuinâ lege ministros,

Nil pretio faciens immaculata manus.

Captiuos redimens, miseris succurrere promptus,

Pauperibus, nunquam parta negare sibi.

Tristia participans, lati moderator optimus:

Alterius gemitus credidit esse suos.

Hic requiescit Pelagius Papa, qui sedit annos 4. mens. 10. & dies 18. deposit. 4. Nonas Martij. Vacat Sedes mens. 3. & dies 25.

De Epistolis Apparatus Possenini, Coccius *in Thesaur. E. kius de primatu Petri*, Augustinus Barbosa *in decretum Gratiani*, Claudius de Rubys *l. 3. c. 9. hist. Lugd.* Genebrardus, Gualterus, Coriolanus, Camusius, Ciaconius, Platina, Duchesnius *in eius vita*, Bibliotheca Gesneri, Procopius.

PELAGIUS II. Romanus, Papa 65. anno 577. die 11. Nouembris creatus, & consecratus die 30. eiusdem mensis, scripsit

Epistolas

Epistolas decem, quas Seuerinus Binius notis illustrauit tom. 4. *Concil.* tom. 7. *Annal.* Baronij, & tom. 1. *Epistolarum Pontificiarum*.

Decreta apud Iuonem Carnotensem part. 3. cap. 136. & 7. cap. 23. Gratianum in *Decreto*, Anselmum l. 7. cap. 68. al. 73. lib. 6. cap. 40. Polycarpum l. 2. tit. 1. & 3. Carranzam, Barbosam, & alios.

Obiit auno 590. die 8. Februarij: sepultus in Vaticano. Sedit annos 12. mens. 2. & dies 27. Vacat Sedes mens. 6. & dies 25.

De scriptis Pelagij I I. S. Gregorius Magnus in *Epistola ad Hibernos*. Paulus Diaconus lib. 3. c. 10. de *gestis Longobardorum*, Coccius in *Thesauo*, Ekus lib. 2. cap. 13. & lib. 3. cap. 12. Genebrardus in *Chron.* Bellarminus lib. 2. de *Rom. Pont.* cap. 14 Apparatus Sacer *Possuini*, Iouerius in *Decretis*, Petrus de Marca l. 1. de *Concil. Sacerdot.* & *Imperij*, Coriolanus in *summa Concil.* prelud. 3. pag. 17. Gesnerus in *Biblioth.* Alphonsus Ciaconius in *Pelagio I I.*

S. P E T R V S, antea Simon, Hebræus, patriâ Bethsaïda, à Domino nostro Iesu Christo anno suæ Natiuitatis 34. die 17. Maij post eius passionem Summus Ecclesiæ Vniuersalis Pontifex destinatus, scripsit

Epistolas Canonicas duas, quarum secundam è Syriaco in Latinum vertit R. P. Balthasar Etzelius S. I. Theologus, Germanus. Extant Græcè Venetiis apud S. Marcum, & Pisauri in illa Ducis Messanæ in Sicilia Monachij in Bauaria, Florentiæ. Extant in lingua Armenica in Biblioth. Aseanij Columnæ.

Liturgiam, seu *Apostolicam Missam*, vel *Diuinum Sacrificium S. Petri*, è Græco in Latinum vertit Ioannes à S. Andrea Canonicus Parisiensis, qui eam ex *Missali* Bibliothecæ Regis Christianissimi anno 1595. eruit, Notis illustrauit, & prælo tradidit cum *Canone Lat. S. Ecclesiæ Romanæ* apud Federicum Morellum Architypographum Regium Parisiis 1595. Extat etiam Græcè & Latine tom. 2. *Biblioth. Patrum*. Eam quoque Notationibus illustrauit eruditissimus Episcopus Ruræmundensis, Guilielmus Lindanus; quæ annotationes ibidem habentur.

bentur, prodiit etiam Antuerpiæ typis Plantinianis 1598. cum *Apologia* eiusdem Lindani, & antea 1589. in 8.

Sequentia opera falsò tribuuntur S. Petro, vt testatur D. Hieronymus *de script. Eccles.* & tanquam apocrypha à S. Gelasio I. habentur.

Actorum eius lib. 1. Eusebius *lib. 3. cap. 3. historia Eccles.* inter apocryphos etiam recenset.

Euangelij lib. 1. Serapion Episcopus Antiochenus hunc librum commemorat.

Prædicationis lib. 1. Clemens Alexandrinus 6. *Stromatum*, & Origenes *in Ioannem*, citant hunc librum.

Apocalypseos lib. 1. Eusebius *loco citato*.

Iudicij lib. 1. citatur à Ruffino *in explanatione Symboli* ad Laurentium.

Sub nomine etiam D. Petri reperitur Græcè *Epistola ad Iacobum Episcopum Hierosolymitanum*, quæ asseruatur in Bibliothecis Regum Christianissimi, & Catholici, ex Antonio Posseuino S. I. sed tribuenda est Clementi I. Papæ, vt ex diuersis virorum doctissimorum consultationibus didicimus. Præterea reperitur in Bibliotheca Magni Ducis Florentiæ apud S. Laurentium, Petri & Pauli SS. Apostolorum præcepta MSS. Græcè, quæ ibidem vidi, *plutco* 10. Idem testatur Henricus Erustius *in suo Catalogo librorum Bibliotheca Medicea*, Amstelodami 1641. 12. edito apud Ioannem Ianssonium.

Romæ in ea Ianiculi parte, quæ propior Monti Vaticano existit capite deorsum verso, & in sublime pedibus eleuatis, cruci confixus est anno 69. 3. Kal. Iulij, Imperij verò Neronis 13. eodem die, & anno, quo S. Paulus. Qui ambo communem in sacro Vaticano sepulturam acceperunt, quam nostro sæculo mirificè Paulus V. exornauit: sicuti etiam annis elaptis S. D. N. Papa Urbanus VIII. Commune autem Principibus Apostolorum Epitaphium Venantius Fortunatus, Italus, Episcopus 32. Pictauiensis *l. 3. Carminum*, hunc in modum posuit.

Cælorum portæ, lati duo lumina mundi,

Orè tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.

Z

Inces

*Inter Apostolicas radiante luce coronas
 Doctior hic monitu, celsior ille gradu.
 Per hunc corda hominum referantur, astra per illum:
 Quos docet ipse stylo, suscipit ille polo.
 Pandit iter cæli hic dogmate, clauibus alter,
 Est via cui Paulus, ianua fide, Petrus.
 Hic petra firma manens, ille Architectus habetur:
 Surgit in his templum, quo placet ara Deo.
 A facie hostili duo propugnacula prasunt,
 Quos fidei turres Vrbs, caput orbis, habet.
 Hi radiant oculi pretioso in corpore Christi,
 Lumine, qui proprio cætera membra regunt.*

Sedit primò Hierosolymis ann. 5. secundò Antiochiæ anno 7. vltimò verò Romæ ann. 24. mens. 5. & dies 12. sic in vniuersum fedit ann. 36. mens. 5. & dies 12.

Qui de rebus gestis S. Petri scripserunt, consule S. Abbonem Martyrem *de vitis Rom. Pont.* Abdiam Babylonicum *lib. de vitis Apostolorum*, Abrahamum Bzouium *in Romano Pontifice*, Adamum à S. Victore, Ægidium Diepenborrium, Albertum Pium, Alexandrum Villadeum, Aloysium Lipomanum, Aloysium Nouarinum, Alphonsum Ciaconium, Alphonsum Salmeronem, Alphonsum Villegas, Amalricum Augerium, Amatium Monachum, S. Ambrosium, Ammonium Alexandrinum, Anastasium Bibliothecarium, Andream Duchesnium, Angelum Roccam, Annibaldum Ceccanum, Anonymos, S. Anselmum, Antonium Gentium, Antonium Georgium, Antonium Sabellicum, Aratorem, Augustinum Triuulsiu, Aurelium Prudentium, Baptistam Mantuanum, Baptistam Platinam, Bartholomæum Dionysium, S. Bernardum, Bernardum è Castro S. Vincentij, Bernardum Guidonis, Bertrandum de Cura, S. Bonifacium Quiritinum, Bonifacium Simonetam, Boninum Mombritium, Christophorum Varseuicium, S. Cællachum, Scotum, Cornelium Aurelium à Marca, Damasum Portuensem, Dauidem Betonum, Dauidem Crinitum, Desiderium Erasmum, Dominicum Tempestatum, S. Dorotheum, Egesippum, Elpem, Engelbertum, S. Eucherium, Eusebium, Felicem à Maida, Ferdinandum

nandum Carolum, Franciscum Agricolum, Franciscum Ben-
 cium, Franciscum Mucantium, Fridericum Nauseam, Gerar-
 dum Vossium, Goffridum Scotum, Gregorium Cortesium,
 Gregorium Nazianzenum, Gualterum Huntum, Guiliel-
 mum Postellum, Henricum Bullingerum, S. Hieronymum,
 Honorium Augustodunensem, Hugonem Victorinum, Ia-
 cobum Latomum, Iacobum Naclantem, S. Ignatium de Lo-
 yola, Ioachimum Perionium, S. Ioannem Chrysostrum,
 Ioannem Cochlaeum, Ioannem Collaeum, Ioannem Ekium,
 Ioannem Fabrum, Ioannem Ficherum, Ioannem Hesselium,
 Ioannem à Louanio, Ioannem Mariam Verratum, Ioannem
 Stellum, Ioannem Trithemium, Ioannem Turrecremata, Io-
 docum Rauensem, Iuonem Barchampenum, Landolphum
 Columna, Laurentium Arthurum, S. Leonem Magnum, Leo-
 nem VI. Imperatorem, Leontium, Lucium Charinum, Ludo-
 uicum Transillum, Luitprandum, S. Marcellum Martyrem,
 Maximum Planudem, S. Melchiadem, Michaëlem Brerhin-
 gerum, Michaëlem Lonigum, Nicephorum Callistum, Nico-
 laum Arragonium, Nicolaum Mameranum, S. Odilonem,
 Onuphrium Panuinum Panigardum, Paulum Æmilium
 Sanctorium, Paulum Ifuardum, Petrum Apollonium Colla-
 tium, S. Petrum Damianum, Petrum Diaconum, Petrum Ma-
 lonem, Petrum Richardum, Richardum de S. Victore, Ro-
 bertum Francorum Regem, Robertum Southvellum, Ruar-
 dum Tapperum, Simeonem Metaphrastem, Sophronium,
 Syluium Antonianum, Theobaldum Stampensem, Theodo-
 rum Bibliandrum hæreticum, Theodorum, Thomam Bo-
 num, Thomam Ramonem, Matthæum Gothum, Acta Apo-
 stolorum, Euangelia & Commentatores in ea, Gasparem
 Odontium, Aloysium Iuglarem.

Forſan non diſplicebit beneuolo Lectori, vt hîc *Catalogum*
Interpretum Epistoliarum Canonicarum B. Petri attexamus. In-
 uenient enim curioſiores, non modò veterum, ſed recentio-
 rum Catholicorum quoque complurium ſcripta non con-
 temnenda, & manu exarata, & typis olim excuſa, multis ta-
 men incognita hodie, & obliuione veluti ſepulta, quæ ſincero
 & magno labore è latebris in lucem producimus.

- Adamus Sasbout, Franciscanus, Barauus.
- Ægidius Columna, Augustinianus, Cardinalis, Romanus.
- Albertus Magnus, Dominicanus, Episcopus Ratisbonensis, Sueuus.
- Albertus Nouocampianus, Polonus *in Scopo Biblico in utrumque Testamentum*, Cracouiæ apud Lazarum Andream 1552. edito.
- Albertus Patauinus, Augustinianus, Italus.
- Albertus, Benedictinus Sigebercensis, Germanus.
- Alexander de Hales, Franciscanus, Anglus.
- Alexander Seton, Scotus.
- Alphonfus Salmeron S.I. Hispanus.
- Ambrosius Catharinus, Dominicanus, Archiepiscopus Comptæ, Senensis.
- Andreas Episcopus Cretensis, Græcus.
- Anselmus Laudunensis *cognomento* Scholasticus, Gallus.
- Antonius Godeau, Episcopus Grassensis, Gallus. Parisiis 1640. in 12. Gallicè.
- Antonius Medices, Franciscanus, Florentinus MS. Florentiæ *in Bibliotheca S. Crucis.*
- Apollinarius iunior, Episcopus Laodicenus, Syrus.
- Athanasius Balodius Patriarcha Antiochenus, Græcus, aliis Syrus, ex Possuino.
- S. Augustinus Episcopus Hipponensis, Africanus, ex Pamphilio.
- Augustinus Iustinianus, Dominicanus, Episcopus Nebiensis in Corsica, Genuensis *in Octaplo.*
- Augustinus Romanus, Augustinianus, Episcopus Nazianzenus & Cæsenas, Italus.
- Augustinus Triumphus, Anconitanus, Augustinianus, Italus; cuius *Commentaria MSS.* extant Oxoniæ in Bibliotheca Balliolenfi, & Cremonæ apud suos.
- Aurelius Prudentius Clemens, Hispanus *in Enchiridio veteris & noui Testamenti.*
- Bartholomæus de Bononia, Dominicanus, Italus.
- Bartholomæus, Eremitanus, Episcopus Vrbinas, Italus.
- Beda V, Benedictinus, Anglus; cuius *Commentaria* extant

tant MSS. Oxoniæ & Pisauri in Italia, in Bibl. Lincolnensi,
vol. 11. Balliol. 160. Cantabrigiæ S. Benedicti vol. 168. *publ.* 44.

Benedictus Aretinus, vulgò de Accoltis, Italus.

Benedictus Arias Montanus, Hispalensis, Hispanus.

Benedictus Iustinianus S.I. Genuensis. Lugduni apud Iacobum Cardonem & Petrum Cauellat 1621. fol.

Bernardinus Galdolus, Brixianus, Abbas Camaldulensis, Italus.

Bertrandus Parayte, Augustinianus, Tolosanus.

Christophorus Molhusensis, Dominicanus, Anglus.

Claudius Guillaudus, Bellijocensis, Canonicus Æduensis, Gallus.

Clemens Alexandrinus, Atheniensis *tom. 3. Biblioth. Patrum.*

Clemens Langthoniensis, Canonicus Regularis S. Augustini, Anglus.

Conganus, vel Cognanus Abbas, Scotus, ex Dempstero.

Conradus Henselius, Rector Ecclesiæ Francfordiensis, Germanus.

Cornelius Cornelij à Lapide S.I. Belga. Lugduni ex Officina Prostiniana 1627. fol.

S. Cyrillus, Carmelita Patriarcha Alexandrinus, Græcus.

David Obugo, Hibernus.

S. Dominicus Ordinis Prædicatorum Fundator, Hispanus.

S. Didymus Alexandrinus, Cæcus, Græcus.

B. Dionysius Rikelius, Carthusianus, Germanus.

Eduardus Læus, Anglus.

Emanuel Sa S. I. Lusitanus. Antuerpiæ typis Plantinianis 1596.

S. Eucherius Episcopus 30. Lugdunensis, Gallus.

Eusebius *cognomento* Pamphilius, Episcopus Cæsariensis, Græcus.

Franciscus Feuardentius, Franciscanus, Normannus. Parisiis typis Niuellij 1598. in 8. & 1601.

Franciscus Georgius, Franciscanus, Venetus.

Franciscus Lucas, Burgensis, Belga. Antuerpiæ typis Plantinianis 1581. 4.

Franciscus Titelmannus, Hassellensis, Franciscanus, Belgica, Venetiis apud signum fidei 1547. & Parisiis 1550.

Franciscus Vicedominus, Ferrariensis, Franciscanus Conventualis, Italus.

Franciscus Ximenius è Cisneros, Franciscanus, Archiepiscopus 87. Toletanus, & Cardinalis, Hispanus.

Gabriel Flamma, Canonicus Regularis Lateranensis, Episcopus Clodiensis, Venetus, *in suis ad uniuersa Biblia Notis.*

Gabriel Prateolus, Marcoffius, Theologus Parisiensis, Gallus Galfridus Hardebus, Augustinianus, Anglus.

Gilbertus Genebrardus, Benedictinus, Archiepiscopus 54. Aquensis, Gallus.

Gregorius Ariminensis, Augustinianorum Prior Generalis 15. Italus.

Gregorius Primatecius, Dominicanus, Senensis, Venetiis apud Cominum de Tridino 1564. & Senis apud Lucam Boneltum 1573. in 4.

Guido de Ferraria, Dominicanus Episcopus Ferrariensis *in sua Bibliorum Margarita Heroico Carmine concinnata.*

Guilielmus Anconitanus, Augustinianus, Italus.

Guilielmus Estius, Patuus Gorcomius. Duaci apud Balth. Bellerum fol.

Haymo, Benedictinus, Abbas, deinde Episcopus 3. Halberstatensis, Germanus.

Hieronymus Seripandus, ex Priore Generali 37. Eremitarum Augustinenfium Cardinalis, Archiepiscopus Salernitanus, Italus.

S. Hieronymus Stridonensis S. R. E. Cardinalis Hungarus.

Hugo à S. Choro, Burgundus, Dominicanus, S. R. E. Cardinalis, Gallus.

Hugo à S. Victore, Canonicus Regularis S. Victoris Parisiensis, Saxo, *in libros Allegoriarum utriusque Testamenti.*

Iacobus Faber, Stapulensis, Auctor prohibitus, Gallus, Antuerpiæ 1568. in 8.

Iacobus Kauus, ex Possenuino.

Innocentius V. Papa, Dominicanus, Burgundus.

Ioannes

Ioannes de Baccone, Carmelita, Anglus.

Ioannes Baptista Folengius, Benedictinus, Auctor prohibitus, Mantuanus, Lugduni 1555. in 8.

Ioachimus Haberbock, Germanus, Monachij apud Adamum Bergk 1568. in 8. carmine.

Ioannes Bence, Presbyter Congregationis Oratorij, Gallus.

Ioannes Capetius, Insulensis, Flander M S. ex *Athenais Suvvertij*.

Ioannes Capgravius, Augustinianus, Anglus ex Pitseo.

Ioannes Chiningamus, Carmelita, Anglus.

S. Ioannes Chrysostomus, Patriarcha Constantinopolitanus, Græcus, M S. in *Bibliothecis*, Constantinopolitana & Cæsarea Viennæ Austriae.

Ioannes de Indagine, Carthusianus, Germanus, cuius *Commentaria* extant MSS.

Ioannes Gagnerus, Academiae Parisiensis Cancellarius, Gallus, Parisiis apud Carolum Pererium 1552. & apud Simonem Colinæum 1563. in 8.

Ioannes Hessels à Louanio, Belga, Louanij 1568.

Ioannes Lopiz, Neapolitanus.

Ioannes Lorinus S. I. Auenionensis, Lugduni apud Horatium Cardon 1609. fol. & Coloniae 1610. 4.

Ioannes Maibrosius, Scotus, Coloniae 1540.

Ioannes Noblet, Carmelita, Parisiensis ex Trithemio.

Isidorus iunior, Archiepiscopus Hispalensis, Hispanus.

Leo Magister Proconsul. Extabat M S. Græcè in *Insula Patmos*, ex Antonio Possuino.

Ludouicus Marsilius, Augustinianus, Florentinus *Heroicis versibus*.

Marcus Aurelius Cassiodorus, Abbas, Italus, ex Possuino.

Matthæus Dominicanus, Patriarcha Constantinopolitanus, Italus, in *suis quatuor libris locorum communium in vniuersam Scripturam*, qui asseruantur MSS. in Bibliotheca Dominicanorum Bononiae.

Matthias de Pace, Dominicanus.

S. Mirinus,

S. Mirinus, Abbas Benedictinus, Scotus, ex Dempstero.

Nicetas Episcopus Heracliensis, Græcus. Extat Græcè MS. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ Austræ.

Nicolaus de Hanapis, Remensis, Dominicanus, Patriarcha Hierosolymitanus, Gallus.

Nicolaus de Lyra, Franciscanus, Normannus.

Nicolaus Dinkespulus, Germanus.

Nicolaus Gorhamus, Dominicanus, Anglus ex Pitseo, Gallus ex Possuino.

Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus, Græcus, in sua totius sacre Scripturae explicatione, quam olim R. D. Constantinus Barinus, Constantinopolitanus possidebat.

Nicolaus Pugnatus, Doctor Parisiensis, Gallus, cuius Commentaria MSS. Latina Genuæ in Bibliotheca Carmelitarum vidi anno 1640.

Nicolaus Serarius Ramberuillanus S. I. Lotharingus ex P. Ribadeneira.

Nicolaus Tacitus, Zigerus, Franciscanus, Belga, Coloniae 1557.

Nicolaus Triuctus, Dominicanus, Anglus.

Nicolaus Zigenus, forsan Zigerus, de quo supra.

OEcumenius, Græcus, Veron. 1532. Latinè reddiderunt Ioannes Bernardus Felicianus, Venetus, & Ioannes Hertenius, Belga, Louanij 1545. & Parisiis. Extant Græcè in Bibliotheca Reipublicæ Augustæ Vindelicæ.

Petrus à S. Fide, Carmelita, Anglus ex Pitseo.

Petrus Aureoli, de Verberia, Franciscanus, Archiepiscopus 34. Aquensis, & Cardinalis in suo Biblia Breuiario.

Petrus Berchorius, Pictauiensis, Benedictinus, Gallus in Morali reductorio utriusque Testamenti.

Petrus Bruniquellus, Augustinianus, Episcopus Nouæ Ciuitatis, Italus, ex Iosepho Pamphilio, & Thoma Gratiano.

Petrus, Cantor Parisiensis, Gallus, MS. in Bibliotheca Dominicana Lugdunensi. Incip. *Os enim loquitur sapientiam.*

Petrus de Carbolio Archiepiscopus 47. Cameracensis, deinde 72. Senonensis, Gallus.

Petrus Paganus, Bergomas, Dominicanus, Italus.

Petrus

Petrus Paludanus, Dominicanus, Patriarcha Hierosolymitanus, Burgundus.

Petrus Piiartius, Ordinis Minimorum, Gallus, ex Lanouio.

Petrus Russellus, Franciscanus, Anglus.

Pontius Carbonellus de Boltingata, Franciscanus, Catalaunus, ex Henrico V Villoto.

Rabanus Magnentius, Maurus, Benedictinus, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopus 46. Moguntinus, Germanus.

Simon Iatumæus, Episcopus Thebarum & Gyratij, Constantinopolitanus.

Sixtus Vicedominus, Nouocomensis, Dominicanus, Italus.

Theodoretus, Episcopus Cyri in Syria, Græcus, M S. in *Bibliotheca Patriarchæ Constantinopolitani* ex Antonio Verdero in *Supplemento Gesneriano*.

S. Thomas Aquinas, Dominicanus, Neapolitanus, Lugduni apud Antonium Vincentium 1558. in 8. & Parisiis. Aliqui tribuunt Thomæ Iorio, Gallensi, Anglo.

Thomas Asheburnus, Augustinianus, Anglus.

Thomas de Vio Caietanus, Dominicanus, Cardinalis & Archiepiscopus Panormitanus, Italus, Lugduni ex officina Prostina 1639. fol.

Thomas Iorsius, Dominicanus, Anglus.

Thomas Spermanus.

Thomas VValdensis, Carmelita, Anglus.

Theophylactus Bulgariae Archiepiscopus, Græcus, M S. in *Bibl. Imperatoris*.

VValfridus Strabo, Benedictinus Fuldensis, Germanus.

Hæretici qui in eas scripserunt.

Benedictus Aretius Bernæ Heluetiorum Professor, Lausanæ 1574. in 8. 1578. in 8. 1579. 8. Morgiis apud Ioannem le Preux 1581. in 8. 1583. fol. 1588. in 8.

Christophorus Hegendorphinus, Germanus.

Christophorus Imlerus, Hadamarius, Germanus.

A a

Henri

Henricus Ballingerus, Germanus, Lutheranus, Tiguri
1582. fol. apud Christoph. Froschouerum.

Hieronymus V Vellerus Fribergensis, Lipsiæ apud Erne-
stum Voegelinum 1568. in 8.

Ioannes Calvinus, Nouiodunensis, Picardus.

Ioannes Haberbock, Germanus, carmine.

Lucas Oslander, Germanus, Tubingæ 1584. in 4.

Nicolaus Henningius, Lutheranus, Lipsiæ apud Voege-
linum 1572. in fol. Francofurti 1579. in fol.

Nicolaus Selneccerus, Lutheranus, Ienæ 1567. in 8.

Rodolphus Gualterus, Tigurinus, Heluetius, Tiguri apud
Froschouerum 1588. in 8.

S. P I V S I. Aquileiensis, Papa 11. anno 158. die 15. Ianuarij
creatus, scripsit

Epistolas Decretales quatuor, quas Notis illustravit Binius
tom. 1. Concil. Margarinus Bignæus *tom. 3. Bibl. Patrum*, duas
dumtaxat refert ad Iustum Archiepiscopum 5. Viennensem,
ficuti & Ioannes Iacobus Grynæus, hæreticus, *in suis monu-
mentis Patrum*, Basileæ 1569. in fol. *editis*. Reprobantur à
Centuriatoribus, V Vhittakerò, Riuetò, & aliis hæreticis,
sed falsò.

Decreta apud Iuonem *l. 1. & 2.* Burchardum *ex Penitentia-
li Theodori*. Anselmum *lib. 11. cap. 63.* Codicem quinque li-
brorum *l. 2. cap. 17.* & sexdecim librorum *l. 3. cap. 19.* Gratia-
num *in Decreto*. Barbosam, Simonetam & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 166. vel 167. secundum
Baronium die 11. Iulij: sepultus in Vaticano iuxta corpus
S. Petri. Sedit annos 9. mens. 5. & dies 26. Vacat Sedes dies 14.
Ciaconius 13.

De Epistolis Genebrardus *l. 3. Chron.* Baronius *ann. 166.
& 167.* Possuinus *in Apparatu*. Thomas Netterus, aliàs
V Valdensis, Carmelita, *tom. 1. l. 4. art. 3. cap. 38. & tom. 2. c. 90.*
Coccius *in Thesuro*. Ekus *de Primatu Petri*. Claudius de Ru-
bys *l. 1. cap. 4. hist. Lugd.* Bibliotheca Floriacensis, Petrus de
Natalib. *in eius vita*. Petrus Ribadeneira *ibid.* Iacobus Gual-
terus *sec. 2. col. 1. verit. 1. §. 5. verit. 3. §. 1. 8. §. 4. & 11. §. 5.*
Ioannes Lieuræus *in Antiq. Viennens.* Bellarminus *l. 2. de Rom.*

Pont.

Pont. cap. 14. Bibliotheca *Gesneri*, Alphonfus *Ciaconius in Pio I.* Baptista *Platina ibid.* Andreas *Duchefnius ibid.* Ioannes *Franciscus Bordinus ibid.* Baptista à *Glano ibid.* Gabriel *Martinus aduersus Vulsonem Caluinistam.*

P I V S II. antea *Æneas Syluius Picolomineus*, Senensis, Papa 211. anno 1458. die 19. Augusti creatus, & 3. Septembris Romæ coronatus, scripsit

De miserijs Curialium lib. 1. *Stultos esse qui Regibus.* Prodiit Hispanicè 1529. & Latinè in 4.

De educatione librorum ad *Ladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem* lib. 1. *Omnibus, qui ad virtutis, &c.*

Solutionem questionum lib. 1. *Aderat nuper Casarea.*

De duobus Amantibus lib. 1. *Vrbem Senas unde tibi, &c.* Prodiit in 4.

Contra Thaboritas, de communione Corporis Christi, lib. 1. *Quamuis apud Bohemos, &c.* Prodiit Gallicè Parisiis apud *Vincetium Sertenas* 1562. 8. Interprete *Ioanne Poldone Albenacensi Consiliario Nemaufensi ex Bibliothecis Gallicanis, Francisci Crucij & Antonij Verderi.*

Ad Nicolaum Cusanum Cardinalem lib. 1. *Venit ad me hac ipsa, &c.*

De fide ad Turcam lib. 1. *Scripturi ad te aliqua, &c.* Quem Gallicè reddidit & scholiis illustravit *Petrus Creperius Cœlestinus Parisiensis*, Parisiis apud *Guilielmum Lanouium* 1589. & Italicè *Antonius Peregrinus, Venetus.*

De profecione in Turcas lib. 1. *Ezechielis Prophetæ, &c.*

Ad Episcopum Cracouiensem lib. 1. *Heraldus Alphonsi, &c.*

De ortu & historia Boëmorum lib. 1. *Interitura esse quæque, &c.* Prodiit cum *historia Boëmica* *Ioannis Dubrauij Episcopi Olomuzensis*, Basileæ 1552. 1575. apud *Petrum Pernam* in fol. & 1595. *Hanouiæ* 1602. in fol. *Salingiaci* apud *Ioannem Soterum* 1528. *Ambergæ* 1593. in 4. Extat MS. *Patauij in Bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ.*

Præcepta Rhetoricæ lib. 1. *Bene esse vir illustris.*

Pro laude Homeri præfationem. Londini 1509.

Bullam Christianorum contra Turcas Militantium, ibid. Extat MS. *Pisauri.*

Epistolas duas de aduentu Sigismundi Constantia, ibid.

Epistolam ad Morbisianum Turcarum Principem, ibid.

Parallelam Alphonsinam, seu *Commentarium in 4. libros Antonij Panormita de dictis & factis Alphonsi Regis Arragonum*. Hanouia 1611. 4. V Vittebergæ 1585. 4. cum *commentarijs* Iacobi Spiegelij Rostochij anno 1590. in 4. typis Myliandrinis studio *Dauidis Chytræi*.

Historiam Asiaticam, seu *Asia*. Parisiis 1534. 8. & Colonia 1573. in 8. & fol.

De Asia minori lib.

Historiam Europæam, ad Antonium Cardinalem. Podagrantiem me nuper Parisiis 1534. 8. Colonia 1573. in 8. & fol. cum *additionibus*.

Rerum in Italia suo tempore gestarum lib. 12.

Historiam Germanicam.

De auctoritate & ortu Romani Imperij, lib. 1.

De origine & progressu S. Romani Imperij, 1610. in 8.

Historiam de gestis sub Federico III.

De Hungaria & de gestis in ea 1493.

Fasciculum rerum expetendarum 1535.

Decadum Blondi Epitomen, quâ omnis ab inclinato Romanorum Imperio historia, quæ cœpit penè anno Christi 407. per centum & amplius annos, miro compendio citra obscuritatem complectitur. Extat Patauij MS. in *Biblioth. Ecclesiæ Cathedralis*.

De bono pacis, ad Regem Alphonsum.

Historiarum opus imperfectum lib. 1.

Geographiam totius Orbis incœperat.

De ortu Nili fluminis lib. 1.

De Concilio Basiliensi lib. 1. Extat MS. Pisauri in *Bibliotheca Ducis*, Basileæ 1577. 8. curâ *Christiani Vestisij*.

De Fato lib. 1.

De studio venandi lib. 1.

De presentia, aliis *praescientia Dei*, lib. 1.

De Grammatica lib. 1. ad Ladislaum adolescentem Hungarorum Regem.

Dialogum contra Turcas lib. 1. sed imperfectum, teste *Ciaconio*.

De

De clade vniuersalis Ecclesie lib. 1. *Inuitus quidem*, ad Nicolaum V.

De rebus à se gestis, à Ioanne Gobelino editis, & à Francisco Picolominæo Senensi Archiepiscopo ex vetusto exemplari recognitis *lib. 1.* Romæ typis Dominici Basæ 1584. in 4. & 1589. Francofurti 1614. fol. typis Aubrianis, MS. apud Ioan. Baptistam Picolomineum Senis.

De clade Constantinopolitana orationem, Constantinopolitana clades.

De prauis mulieribus libellum, ad Carolum Cyprianum. Prodiit in Germania 1507. studio Ioannis Adelphi Mulingi Argentiniensis.

Epitaphiorum libellum, ibid.

Orationum librum, quem MS. vidi Florentiæ in Bibliotheca Medicea, S. Laurentij, extat etiam Senis.

Orationem in Conuentu Mantuano habitam. Extat MS. Patuuij apud V. Cl. Iacobum Philippum Thomasinum Episcopum ciuitatis Nouæ in Istria.

Orationem ad Calixtum III. Papam. Solent plerique omnes, MS. apud eundem.

Orationem alteram coram cætu Cardinalium, *Moyse vir Dei*.

Orationem de morte Eugenij IV. creationeque & coronatione Nicolai V. Summorum Pontificum, coram Federico Romanorum Rege habitam, MS. apud eundem.

De aduentu capitis S. Andreae, & de sanguine Christi, lib. 1. Extat MS. Pisauri in Bibliotheca Serenissimi Ducis.

De erratis Parisiensium lib. 1. ex Ciaconio.

De defensione Poëtices lib. 1.

De dignitate Cesaris lib. 1.

Orationem Mantua habitam pro responsione ad Oratores Regis Francorum. Extat MS. apud eundem Thomasinum Patuuium.

Nicolai V. obitum, & Callisti III. creationem, MS. ibid. apud eundem.

Responsionem ad Martinum Meyer pro Ecclesia Romana. Romæ 1584. typis Dominici Basæ. Extat MS. Pisauri in Bibliotheca Ducis.

Epigrammata, variaque poematum genera, lepidè & acutè scripsit, & amplius tria milla variorum versuum, quorum magna pars Basileæ periit.

Sententias in Proverbijs modum reliquit multas. Prodierunt post eius Elogium in editione Basiliensi 1575. appositum, hoc est, Proverbia de diuinis & humanis, Latine in 4.

Remedium Amoris, Gallicè prodit Parisiis apud Stephanum Grouleau 1548. in 8. operâ Albini Auellani Canonici Sueſſionensis, vnâ cum libris de Eurialo & Lucretia duobus Amantibus, & opusculo S. Ouidij Sulmonis de arte amandi.

Historiam Amorum Euriali & Lucretia. Prodit Gallicè Parisiis apud Nicolaum Christianum, Interprete Ioanne Milieto San-Amoræo, Sequano, Lugduni apud Oliuarium Arnolletum, studio Magistri Antiti, S. Capella Regia Diuionensis, testibus Antonio Verdero & Francisco à Cruce in Bibliothecis Gallicanis.

*Familiarium Epistolarum opus, in quadruplici eius statu transmissarum. Primò cum esset Imperialis Secretarius, deinde Episcopus Senensis, postea Cardinalis Sabinensis, postremò Romanus Pontifex. Quas verò omnes has Epistolas collegit Nicolaus die V Ville Lateranensis, Palatij, aulaeque Imperialis Consistorij Comes, qui singulis Epistolis præfixit argumentum. Sunt autem Epistola 431. quibus acta Regum & Principum describuntur, aliæ familiares, & amicæ, nonnullæ commendatitiæ, & aliæ variæ, siue quibus aut gratias agit, aut gratulatur. Prodierunt Nurebergæ sumptibus Antonij Koburger 1481. & Lugduni 1497. per Ioannem de Vinghe. Extant MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medicea, apud S. Laurentium, vbi vidi *plut.* 541. & olim in illa Cardinalis Syrleti, quæ fuit postea Ascanio Cardinali Columnæ, Senis in Picolominea.*

Constitutiones Ecclesiasticas varias, quæ leguntur in Collectione Romæ 1579 edita apud hæredes Antonij Bladij.

Bullas retractationum suarum, ad Vniuersitates Parisiensem & Coloniensem circa Concilium Basiliense, quod ipse primò probauerat & defenderat. Extant tom. 8. Concil. cum eius Concilio Mantuano. Prodierunt etiam Venetiis 1564. in

in fol. Alias habes in *Bullarijs* Laërtij Cherubini, Emanuelis Roderici & aliorum.

Obiit Anconæ anno 1464. die 15. Augusti. Corpus tandem Romam delatum apud S. Petrum conditum est cum sequenti Epitaphio :

Pius II. Pontifex Maximus, natione Tuscus, patriâ Senensis, gente Picolominea, sedit annos 6. brevis Pontificatus, ingens fuit gloria, conuentum Christianorum Mantua pro fide habuit. Impugnatoribus Romana Sedis intra atque extra Italiam restitit. Catharinam Senensem inter Sanctas Christi retulit. Pragmaticam in Gallia abrogauit, Ferdinandum Aragonie in regnum Sicilia eis fretum restituit. Rem Ecclesia auxit, Fodinas inuenti tum primum alumnis apud Tolfam instituit, cultor iustitie & religionis admirabilis eloquio. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, Ancona decessit, ubi & classem paratam & Ducem Venetorum cum suo Senatu commilitones Christi habuit, relatus in Urbem est Patrum Decreto, & hic conditus ubi caput Andree Apostoli ad se ex Peloponeso aduectum, collocari iusserat. Vixit ann. 58. mens. 9. dies 27. Franciscus Cardinalis Senensis auunculo sanctissimo F. 1464.

Sedit annos 6. mens. 11. & dies 27. Vacat Sedes dies 15.

De Pij II. laudibus præter Auctores Pontificios consulendi sunt Ioannes Antonius Campanus, Ioannes Gobelinus, Anonymus in *editione Basiliensi* 1575. Theodorus Lelius, Antonius Sanderus, Franciscus Philelphus, Guilielmus Insulanus, Ioannes Iacobus Boissardus, Morbisanus Turcarum Princeps.

De scriptis testimonia perhibent Ludouicus XI. Francorum Rex, & Vniuersitas Parisiensis in *Epist. ad Pium II.* quas legi MSS. Semuri apud Mandubios in Bibliotheca nostra Carmelitana, Iulianus Cardinalis S. Angeli *ibid.* Gaspar Nouariensis *ibid.* Ioannes Campsius *ibid.* Petrus Noxetanus *ibid.* Andreas Donatus, Venetus *ibid.* Iacobus Arcimboldus *ibid.* Bartholomæus Episcopus Cornetanus *ibid.* Richardus Valentinus *ibid.* Gregorius Lollius, Senensis *ibid.* Franciscus de Picciolpassis Bononiensis, Archiepiscopus 111. Mediolanensis *ibid.* Ioannes de Bogauia Cardinalis S. Callisti *ibid.* Nicolaus

Iaus Amydantus *ibid.* Franciscus Quondratius *ibid.* Arianus Sozimus *ibid.* Adamus de Mulim, Anglus *ibid.* Franciscus Pychonius *ibid.* Pogius Florentinus *ibid.* Hota Nouarola, Veronensis *ibid.* Andreas Contrarius, Venetus *ibid.* Bartholomæus Factius *ibid.* Leodrisius Crebellus Mediolanensis *ibid.* Trithemius, Antonius Verderus *lib. 8. Prosopographia*, Gesnerus, Paulus Balduanus *in Bibliotheca philosophica*, Molanus, Posseuinus, Ludouicus Carbo *de Script. sacris in 1. 2. D. Thome partem cap. 12.* Gregorius Lollius *Epist. ad Cardinalem Papiensem*, Ioannes Cochlaeus *lib. 12. hist. Hussitarum*, Hippolytus Donismundus *in historia Ecclesiastica Mantuana.*

P I V S III. antea Franciscus Picolomineus, Senensis, Papa 216. anno 1503. die 22. Septembris creatus, & 8. Octobris in Laterano coronatus, scripsit

Epistolas ad varios viros eruditissimos, nempe Marsilium Ficinum Florentinum, Marcum Antonium Coccium Sabellicum, Varronensem, Angelum Politianum, Augustinum Dathum Senensem, Ioannem Reuchlinum Capnionem, & Iacobum Siluerium Episcopum Cremonensem & alios. Pio etiam mutuas Epistolas dedere Sabellicus III. Ficinus IV. Antonius Campanus XXIII. Dathus VI. Iacobus Mensbona, seu Amanatus Lucensis, Episcopus Papiensis, & Card. XXVI. Franciscus Philelphus, Angelus Politianus, Aldus Manutius senior, Lipus Brandolinus, & Hermolaus Barbarus, Venetus, Patriarcha 88. Aquileiensis, Petrus Delphinus.

Recognouit opus de rebus gestis Pij II. eius auunculi.

Obiit anno 1503. die 18. Octobris: sepultus apud S. Petrum in sepulchro marmoreo cum sequenti Epitaphio:

Pius III. Pontifex Max. à Pio II. auunculo duos & viginti annos natus in Cardinalium Collegium adscitus, Urbis ac Piceni legatione integerrimè suactus. A Paulo II. ad Fridericum III. missus, ut Germanorum arma in Turcas concitaret, Conuentum frequentissimum Pontificis morte dissolutum habuit. Sub Innocentio VIII. Umbros disidentes pacauit. Carolo Gallorum Rege Italiam irrumpeute ab Alexandro VI. serò admodum missus. Eo mortuo duodequadraginta Patrum suffragijs Pontifex creatus, dum de restituenda in pristinam maiestatem Christiana Republ. ac Vrbe agit

6.6

6. & 10. die, è tanta expectatione rerum publico omnium luctu decessit: eloquio, prudentiâ, religione, innocentia, & gravitate domiforissq; insignis, in dicendis in Senatu sententijs, liber & gravissimus. Vixit annos 74. mens. 5. d. 10. Obijt anno salutis 1503. 15. Kal. Nouembris.

Iacobus & Andreas fratri sanctissimo posuere.

Sedit dies 26. Vacat Sedes dies 14.

De rebus gestis præter auctores *uitarum Pontificiarum*, legendi sunt *Raphaël Volaterranus*, & *Iacobus Mensbona* Cardinalis Papiensis *Epist. ad Sixtum IV.* & ad alios.

De scriptis *Pij III.* *Rupipozæus in Nomenclatura Cardinalium*, *Andreas Duchesnius in eius vita*, *Ciaconius ibid.* *Andreas Victorellus ibid.*

PIVS IV. antea *Ioannes Angelus de Medicis, Mediolanensis*, Papa 225. anno 1559. die 26. Decembris creatus, & Romæ in Vaticano die 6. Ianuarij 1560. coronatus, scripsit

Orationem Romæ coram frequentissimo Cardinalium confessu de Decretis Concilij Tridentini, morumque reformatione confirmandis habitam, & ibidem 1564. in 4. editam.

Epistolam ad Cosmam Medicem Florentia Ducem, legi inter *Epistolas Principum Venetijs apud Iordanū Zilettum 1570. in 8. Italicè editas.*

Constitutiones Ecclesiasticas varias, & litteras Apostolicas, quæ leguntur in Bullarijs & Collectionibus Constitutionum. Eius *Bulla de confirmatione Concilij Tridentini* prodiit cum Canonibus & Decretis Concilij, Coloniae 1569. 12. Venetijs 1573. 8. Leodij 1587. in 16. *ibid.* 1591. in 16.

Obijt anno 1565. die 10. Decembris: sepultus in Ecclesia *Carthusianorum S. Mariæ Angelorum* cum sequenti Epitaphio sic à nobis collecto:

Pius IV. Pont. Maximus Medicus Mediolanensis sedit annos 5. mens. 11. & dies 15. Vixit annos 66. menses 9. Obijt 5. Idus Decembris 1565. Ioannes Antonius Sorbonellus Episcopus Prænestinus consobrinus. Carolus Borromeus S. Praxedis Mediolanensis, Marcus Scythicus de Altaëmpe, Germanus, Constantiensis S. Mariae trans Tiberim titularum Presbyteri, auunculo. S. R. E. Cardinales posuere.

De laudibus Pij, Alexander Leonardi, Hilarion Costæus, Thomas Porcachius, Thomas Rinus, Franciscus Cabrera Morales, Astulphus Seruatius, Petrus Ioannes Perpinianus, Syluius Antonianus, Onuphrius, Ciaconius & alij.

De scriptis *Bibliotheca Verderi*, Coccius in *Thesauro Catholico*, Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium*, Apparatus sacer *Possuini*, *Bibliotheca Classica Draudij*, Ioannes Clessius *ibid.* Alphonfus Ciaconius in *Pio IV.* Andreas Victorellus *ibid.* Ferdinandus Vghellus *ibid.* Philippus I. Hispaniarum Rex *Epist. ad Pium IV.* Paulus Scherlogus, Hibernus, S. I. *comment. in Cantica Canticorum pag. 398.*

P I V S V. antea Michaël Ghislerius, Insuber, patriâ Bolchenfis diocesis Alexandrinæ, vel Derthonensis, Ordinis Prædicatorum, Papa 226. anno 1566. die 7. Ianuarij creatus, & Romæ in Vaticano 17. eiusdem mensis coronatus, scripsit

Catechismum pro instructione Sacerdotum, ex Petro Louueto. *Contra hereses Tractatum.*

Extrauagantes regule Cancellaria Pij V. Conimbricæ apud Ioannem Barrerium anno 1568.

Epistolarum libros 5. Prodierunt Mantuæ 1587. in 4. Italicè. Colonia Latinè. Antuerpiæ *operâ & industriâ Francisci Houerani* 1640. Typis Balthasaris Moreti in 4. & Romæ 1629. in eius vita ab Archangelo Caraccia edita, vt nos monuit V. Cl. Gabriel Naudæus. Extant MSS. in Bibliotheca Cardinalis Barberini.

Constitutiones Ecclesiasticas, & litteras Apostolicas. Prodierunt Lugduni 1582. in 8. Florentiæ 1583. Romæ *cum Constitutionibus aliorum Pontificum* 1572. apud hæredes Antonij Bladij, & separatim 1579. etiam in *Bullarijs* Laërtij Cherubini, Emanuelis Roderici, & aliorum.

Motum proprium supra census. Salmanticæ 1592. in 4. Hispanicè.

Eius Bulla lecta in die Cœnæ Domini Louanij 1569. In eam *Commentarium* scripsit Martinus Bonacina, Lugd. 1629. in fol. typis Claudij Landry.

Obiit anno 1572. die 1. Maij: sepultus primò apud S. Petrũ in Vaticano, in Sacello S. Andreæ cũ sequenti Epitaphio:

Pius

Pius V. Maximus.

*Religionis ac pudicitia vindex,
 Recti ac iusti assertor,
 Morum & disciplina restitutor,
 Christiana Reipublica defensor,
 Salutaribus editis legibus,
 Gallia conseruata,
 Principibus fœdere iunctis,
 Parta de Turcis victoria,
 Ingentibus ausis & factis,
 Pacis, bellique gloria,
 Maximus.*

Pius, Fœlix, Opt. Princ.

Postea eius corpus à Sixto V. translatum fuit in sacellum munificentissimum S. Mariæ Maioris, vulgò Sixtinum nuncupatum, cum sequenti Epiraphio, sic à me collecto :

Pio V. Pont. Max. ex Ordine Prædicatorum Sixtus V. Pont.
 Maximus ex Ordine Minorum grati animi
 monumentum posuit.

Pius V. Gente Ghisteria Boschi in Liguria natus, Theologus eximius, à Paulo III. in Insubria heretica prauitatis Inquisitor, à Iulio III. Inquisitionis officij Commissarius Generalis, à Paulo IV. Sutrinus Episc. deinde S. R. E. tit. S. Mariæ super Mineruam Presb. Card. & à Pio IV. Ecclesia Montis-regalis in Subalpinis Administrator factus, eo vita functo Cardinalium consensu Pont. Max. creatur, qui ceteros sanctos Pontifices amulatus Catholicam fidem propagauit, Ecclesiasticam disciplinam restituit, & tandem gestarum rerum gloriâ clarus, dum maxima molitur, totius Christiana Reipublica damno nobis eripitur, Kalendas Maij 1572. Pontif. anno 7. ætatis suæ 68.

Sedit annos 6. mens. 3. & dies 24. Vacat Sedes dies 4.

De rebus gestis Pij V. Ioannes Antonius Gabutijs, Archangelus Caracciæ, Hilarion Costæus, Guilielmus Blancus iunior, Guilielmus Rouilius, Agathius de Summa, Thomas

B b 2 Por

Porcacchius, Antonius Cicarella, Hieronymus Catena, Petrus Galefinus, Mutius Sfortia, Marcus Antonius Muretus, Franciscus Bencius, Antonius Buccapadulus, Franciscus Ioannetius, Hieronymus Manfredus, Ioannes Riudadellus, Seraphinus Razzius, Antonius à Fonte Maiori, Antonius Maria Gratianus, Vbertus Folieta, Guarnerius, & alij.

De scriptis Antonius Senensis *de Ill. viris Ord. Prad.* Ambrosius Gazæus *ibid.* Petrus Louuetus *ibid.* Possuinus, Coccius, Rupipozæus, Antonius Verderus *in Supplemento Gesneriano*, Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Bibliotheca abbreviata *Gesneri*, Ioannes Molanus *in Bibliotheca materiarum, v. Conceptio B.V.M.* Ludouicus Carbo Perusinus *de script. sacris in 2. 2. D. Thoma partem, cap. 24.* Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium.*

S. PONTIANVS, Romanus, Papa 19. anno 233. die 24. Iunij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, quæ Notis illustravit Seuerinus Binius *tom. 1. Concil. vna de pace*, edita est Basileæ 1536.

Decreta apud Iuonem *l. 4. Gratianum in Decreto*, & alios.

Martyrium passus est in Sardinia Insula anno 237. die 19. Nouembris: sed eius sacrum corpus à S. Fabiano Papa Romanam relatum, atque in cœmeterio Callisti sepultum. Sedit annos 4. mens. 1. dies 24. Vacat Sedes dies 13.

De scriptis Fabiani Cardinalis Baronius *tom. 11. Annal. Genebrardus l. 3. Apparatus sacer Possuini v. P. Iacobus Gualterus sac. 3. colum. 1. & 5. verit. 1. §. 6. Eusebius Cæsariensis l. 6. cap. 21. histor. Petrus Cotton S. I. l. 2. Institut. Cathol. cap. 13. Coriolanus in Pontiano. Camusius ibid. Bibliotheca Gesneriana.*

S.

SABINI ANVS, Volaterranus, Ciaconio Bleranus, natione Tuscus, Papa 67. anno 604. die 1. Septembris creatus, & 13. eiusdem mensis consecratus, edidit ex Onuphrio, & Thoma à Costa

Aliqua

Aliqua Decreta, necnon Epistolas ad S. Gregorium Magnum, dum officio eius Legati fungebatur ad Imperatorem Constantinopolitanum; sed an extant, nihil certi habeo.

Obiit anno 605. die 19. Februarij: sepultus in Vaticano. Sedit mens. 5. & dies 19. Vacat Sedes annum 1. minus 4. diebus.

S. SERGIUS I. Antiochenus, natione Syrus, Papa 86. anno 687. die 21. Decembris creatus, & 25. consecratus, Romæ, die natalis Domini, scripsit

Epistolam ad Ceolfridum Abbatem, Anglum. Extat tom. 5. Concil. & tom. 8. Annal. Cardinalis Baronij.

Decreta quadam, apud Gratianum, Ciaconium, & alios.

Obiit Romæ anno 701. die 9. Septembris: sepultus apud S. Petrum in Vaticano cum sequenti Epitaphio.

*Limina quisquis adis Petri metuenda Benti,
Cerne pij Sergi, excubiâsque Petri.
Culmen Apostolica Sedis, veliure paterno
Electus tenuit, ut Theodorus obiit.
Pellitur Vrbe pater, peruadit sacra Ioannes,
Romuleosque greges dissipat ipse lupus.
Exul erat patria septem voluentibus annis,
Post populi multis vrbe redijt precibus.
Suscipitur Papa, sacratur, sede receptâ,
Gaudet, amat Pastor agmina cuncta simul.
Hic inuasores Sanctorum falce subegit
Romana Ecclesia iudiciisque Patrum.*

Sedit annos 13. mens. 8. & dies 14. Vacat Sedes mensum vnum & dies viginti.

Inter Ecclesiasticos scriptores enumeratur à Possuino in *Apparatu sacro v. S. Iodocoj Coccio in Thesauro Catholico.*

S. SERGIUS II. Romanus, Papa 104. anno 844. die 10. Februarij creatus, & consecratus Romæ, scripsit *ad Carolum Caluum Francorum Regem, Ciaconio ad Lotharium.*

Epistolam pro congreganda apud Treuiros Synodo, in causa Ebbionis Archiepiscopi 30. Remensis, teste Flodoardo l. 3. cap. 2. hist. Remens.

Bb 3 Obiit

Obiit anno 847. die 12. Aprilis : sepultus in Vaticana Basilica, cum sequenti Epitaphio :

*Sergius en iunior Præsul, & plebis amator,
Hoc tegitur tumulo, qui benè pavit oues.*

*Spes patria, mundique decus, moderator optimus,
Diuinis monitis non fuit ille piger.*

*Romanos proceres non tantum fame verbi,
Rebus & humanis nocte dieque fouens.*

*Vtque Leo sanctus, Damasus quoque Papa benignus,
Hic rituum tenuit, instituitque gregem.*

*Egentem semper studuit recreare cateruam,
Proque poli vt caperet cœlica regna libens.*

*Iam iam pro tanto tundamus pectora pugnis,
Pastore amisso, viuat vt axe poli.*

*Necitur ecce pjs Fabiano & compare Xisto,
Præsulibus, quorum spiritus astra tenet.*

Sedit annos 3. mens. 2. & dies 2.

De Epistola loquuntur Baronius *ann. 847. num. 1.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Petrus Frizon *in Ebboe*, Ciaconius *in Sergio II.*

SE R G I V S III. Romanus, Papa 121. anno 908. die 25. Decembris creatus, scripsit ad Alexandrum Archiepiscopum 56. Viennensem

Epistolam, quam recitat Ioannes Licuraus in Antiquitatibus Viennensibus, pag. mihi 220.

Epitaphium Stephani III. Papæ, vt habes infra.

Obiit Romæ anno 910. Iacet apud S. Petrum in Vaticano. Sedit menses 3. vel circiter.

SE R G I V S IV. antea Petrus Buccaporci dictus, Romanus Benedictinus Papa 144. anno 1009. die 18. aliis 31. Augusti creatus, scripsit

Epitaphium Syluestri II. Papæ.

Et alia nonnulla, ex Possenuino, qui inter scriptores Ecclesiasticos enumerat, licet sint illi, & nobis ignota.

Obiit anno 1012. die 13. Martij : sepultus in Laterano, ex Chronico Panninij; at ex Platina in Basilica S. Petri cum sequenti Epitaphio:

Quisquis

Quisquis ad hæc tendis sublimia limina Lector,

Et caperis tanta nobilitate domus,

Intentis oculis aula percurrere raras

Desine materias, arte iuuante manus.

Lumina cum gressu prudente secla coercens

Respice sollicitus quid velit hic titulus.

Hic tumultata iacent Pastoris membra sereni,

Quem decus Ecclesia contulit Omnipotens.

Pauperibus panis, nudorum vestis opima,

Doctor & egregius qui fuit in populo.

Iura Sacerdotis, lætas dum vixit aristas,

Cætibus æquauit nauiger Angelicis.

Albanum regimen lustro venerabilis vno

Rexit, post summum ducitur ad Solium.

In quo mutato permansit nomine Præsul

Sergius ex Petro; sic vocitatus erat.

Ductus mente pia Iesu, dic, parce Redemptor,

Vtq; vicem capias, dic, Deus, hunc habeas.

Qui sedit annos 2. mens. 8. & dies 13. Ind. 10. anno Domini-
nicæ Incarnationis millesimo decimotertio.

De scriptis Iodocus Coccius in *Thesauro catholico*, & An-
tonius Posseuinus S. I. in *Apparatu sacro*, Gabriel Naudæus in
Apologia, pag. 568.

S. SIMPLICIUS, Tiburtinus, Papa 48. anno 467. die 20. Se-
ptembris creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas decem & octo, quæ leguntur *tom. 3. Concil.* cum no-
tis Seuerini Binij, vnâ cum *Epistola Acacij* Episcopi Constan-
tinopolitani, ad quem noster Papa scripsit alias Epistolas, pro-
bat Baronius *tom. 6. Annal. 483. num. 2.* diu quæsitæ & deside-
ratas; sed hæctenus ignotas. Quatuor dumtaxat habet Io-
uerius.

Eius *Decreta* apud Isidorum Mercatorem, Iuonem Car-
notensem, Burchardum Vormatiensem, Gratianum &
alios recentiores.

Obiit anno 483. die 2. Martij: sepultus in Vaticano. Sedit
annos 15. mens. 5. & dies 10. Vacat Sedes dies 6.

De scriptis Liberatus Diaconus in *Breuiario*, Genebrardus

in Simplicio, Coriolanus *ibid.* Camusius *ibid.* Petrus Gaillardus *ibid.* Coccius *in Thesuro*, Posseuinus *in Apparatu v.S.* Hieronymus Rubeus *in Ioanne II. Archiepiscopo* 21. *Rauennate*, Ioannes Minghinus *ibid.* Claudius Robertus *ibid.* Felix III. Papa *in Epistola ad Acacium* per Vitalem & Misenum Episcopos scripta, Trithemius *de script. Eccles.* Gesneri *Bibliotheca*, Alphonsus Ciaconius *in Simplicio*, Andreas Duchesnius *ibid.* Zeno Imperator *Epist. ad Simpliciu*, Anastasius Bibliothecarius *in Simplicio*, Gretserus *aduersus Plessaum Calvinistam*, Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

S. SIRICIVS, Romanus Papa 40. anno 385. die 1. Ianuarij creatus, & coronatus Romæ, non sine tumultu Vrsini Pseudo-Pontificis, scripsit

Epistolas varias, quarum quatuor extant apud Binium tom. 1. *Concil.* vnâ cum eius Concilio, & cum rescripto Ambrosij, Sabini, Bassiani & cæterorum Episcoporum, necnon *Epistola* Maximi Imperatoris ad Siriciu: ex qua colligo eum *Epistolas* scripsisse ad hunc Imperatorem, vt constat ex initio *Epistolæ*, *Accepimus litteras Sanctitatis tuæ*, &c. tamen hæctenus ignotas; sicuti & illas ad S. Ambrosiu, qui Siricio tres *Epistolas* responsorias dedit; quæ sunt 7. 21. & 67.

Decreta apud Gratianum, Iuonem Carnotensem Episcopum & alios *Decretorum* collectores.

Obiit anno 398. die 22. Februarij: sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salaria, cum sequenti *Epitaphio*:

Liberium Lector mox & Leuita secutus

Post Damasum clarus, totos quos vixit in annos,

Fonte sacro magnus meruit sedere Sacerdos,

Cunctis vt populis pacem tunc solidam daret,

Hic pius, hic iustus felicia tempora fecit,

Defensor magnus, multos vt nobiles ausus

Regi subtraheret, Ecclesia aula defendens,

Misericors, largus, meruit per secula nomen,

Ter qui nos populum qui rexit in annos amore:

Nunc requiem sentit caelestia regna potitus.

Sedit annos 13. mens. 1. & dies 14. Vacat Sedes dies 20.

De scriptis S. Isidorus Episcopus Hispalensis *lib. de Illustris.*

viris

viris cap. 3. Trithemius *ann.* 398. Opera quæ tribuit Siricio, sunt tantum Epistolæ. Posssevinus *in Apparatu*, Genebrardus, Baronius *ann.* 385. & 398. Bellarminus *lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 14.* Innocentius I. *in Epistola ad Victoricium*, Zacharias *in Epist. ad Pipinum*, &c. Claudius de Rubys *lib. 1. cap. 26. histor. Lugdun.* Coccius, Ekus, VValdensis, Cotton, Auzolius, Coriolanus *in Annot. ad Can. Apost.* Alphonfus Salmeron *tract. 63.* Petrus de Marca *lib. 1. de concordia Sacerdotij & Imperij*, Gesneri *Bibliotheca*, Ludouicus Carbo *de Script. sacrâ in 3. partem D. Thom. cap. 38.* Alphonfus Ciaconius *in Siricio.*

S. SIXTUS I. Romanus, Papa 8. anno 132. die 23. Maij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, quas notis illustrauit Binius *tom. 1. Concil.* Extant etiam *tom. 1. Epist. Pont. tom. 2. Annal. Baronij*, apud Iouerium & Lambertum Gruterum cum Ioannis Sighardi *Argumentis Basileæ 1536.*

Decretum Sixti ex Codice sexdecim librorum lib. 4. cap. 5. Extat apud Binium, Simonetam, Carranzam & alios.

Commentarium verò cuiusdam Xisti, seu Sexti Pythagorici hominis Ethnicus, latinitate donatum à Rufino Torano Presbytero Aquileiensi, & *tom. 5. Biblioth. Patrum* relatum, falsò omnium Catholicorum iudicio, nostro Sixto Papæ tribuitur.

De libro Sententiarum sub nomine Sixti Papæ edito, idem sentiendum est ex probatis auctoribus.

Instituit in Sacrificio Missæ cani *Sanctus*, ex *lib. 22. Antropol. Volaterrani*, & *tom. 11. Annal. Baronij ann. 142.*

Martyrio coronatur Romæ anno 142. die 6. Aprilis: sepultus in Vaticano, postea 1132. Româ ad Aletrinam ciuitatem deuectum, in templo primario conditum fuit. Anno 1584. sub Reuerendiss. P. Egnatio Dante Perusino Ordinis Prædicatorum, Episcopo Aletrino, qui historiam vtriusque translationis scribendam curauit, & qui reperit corpus sua in Ecclesia cum sequenti inscriptione,

Hic reconditum est corpus S. Sixti Papæ 1. & Martyris.

Sedit ann. 9. mens. 10. & dies 14. Baronio ann. 10. mens. vno minus, & dieb. 22. Vacat Sedes dies 4. ex Genebrard. & aliis.

Cc De

De scriptis S. Gelasius I. Papa in *Catal. libror. Apocryph.* S. Isidorus de *Ill. viris*, Coccius in *Thesauro. Apparatus Possenti.* Ekius l. 2. cap. 9. & 10. Petrus Canisius de *sacrificio Missæ.* VValdensis tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 34. VVerlinus in *addit. ad Frithemium de script. Eccles.* Baptista Platina in *Sixto I.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano Augustinianus *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Andreas Victorellus in *additionibus ad vitam Sixti I.*

S. SIXTUS II. Atheniensis, Papa 25. anno 260. die 24. Augusti creatus, scripsit

Epistolas duas Decretales. Extant tom. 1. *Epistolarum Pontificiarum*, apud Binium tom. 1. *Concil.* Baronium tom. 11. *Annal.* Iouerium inter *sua Decreta*, & Ioannem VVendelstinum, Germanum *ibid.*

Decreta apud Iuonem p. 6. cap. 318. Gratianum in *Decreto*, & alios.

Capite truncatus Romæ anno 261. die 6. Augusti: sepultus in cœmeterio Callisti. Sedit annum 1. minus 18. dies. Vacat Sedes mensem 1. & dies 4.

De rebus gestis Sixti II.

Damasus & alij de Romanis Pontificibus, Menologium Græcorum.

De scriptis S. Dionysius Episcopus Alexandrinus in *Epistolis ad Sixtum II.* Eusebius Cæsariensis l. 7. cap. 4. & 8. Ioannes Ekius l. 2. cap. 10. Thomas VValdensis Carmelita tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 36. & 38. Genebrardus, Coccius, Gualterus, Coriolanus in *Breuiario Chronol. & annotat. ad Canones Apostolorum*, Damasus Portuensis in *Sixto II.* Platina *ibid.* Onuphrius Panuinus *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Gretserus *aduersus Plessæum.*

S. SIXTUS III. Romanus, Papa 45. anno 432. die 26. Aprilis creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas 3. quas Notis exornauit Seuerinus Binius, Coloniensis tom. 2. *Concil.* cum eius Concilio Romano. Extant etiam apud Baronium, Iouerium, Caraffam, & alios.

Decreta apud Iuonem l. 3. Gratianum, Carranzam, & alios. Versus

Versus quosdam *de originali peccato* contra Pelagium. Leguntur apud Baronium & Binius.

Nonnulla opera à Pelagianis Sixto falsò tribuuntur, quæ omnino reprobantur. Reperiuntur *tom. 5. Biblioth. Patrum*, his sub titulis.

De dinitijs lib. 1. Prodiit etiam Antuerpiæ apud Plantinum 1575. in 16.

De castitate lib. 1. apud eundem.

De malis Doctoribus Epistola, ibid. apud eundem.

De operibus fidei, & de futuro iudicio, ibid. apud eund. 16. studio Iacobi Saluatoris Soliani, vnâ cum libro *de castitate*, S. Bracharij ad Ianuarium.

Obiit Romæ anno 440. die 28. Martij: sepultus in Basilica S. Laurentij extra Muros, viâ Tiburtina. Sedit annos 7. menses 11. & diem 1.

De scriptis S. Augustinus *Epist.* 105. S. Cyrillus Alexandrinus Carmelita *Epist.* 29. & 38. Concilium OEcumenicum Ephesinum *part.* 3. S. Vincentius Lirinensis *lib. de hares.* Genadius *de script. cap.* 54. Bellarminus *ibid.* Possuinus *ibid.* Balthasar V Verlinus *ibid.* Coccius Genebrardus, Ioannes Patriarcha Antiochenus *in Epist. ad Sixtum, &c.* S. Prospor Aquitanicus *in Chronol.* Ioannes Antonius Velasquez S. I. *tom. 1. Comment. in Epist. ad Philipp. cap. 1. v. 1. & tom. 2. cap. 2. v. 12. annot. 2.* Gesneri *Bibliotheca*, Ioannes Molanus *in Bibliotheca materialium.* Ludouicus Carbo *de Scriptoribus sacris in 1. 2. D. Thomæ partem cap. 18. & 28.* Bibliotheca Classica Georgij Draudy, Lutherani, Alphonfus Ciaconius *in Sixto III.* Ioannes Eusebius Nierembergensis *lib. Stromatum sacrorum, pagin.* 161.

SIXTUS IV. antea Franciscus de Ruuere, Sauonensis, Ordinis Minorum, Papa 213. anno 1471. die 8. Augusti creatus, & 25. Romæ coronatus, scripsit ad Paulum II. Papam.

De sanguine Christi, librum 1. Extat MS. Pisauri in Bibliotheca Serenissimi Ducis.

De futuris contingentibus, lib. 1. MS. ibid.

De Conceptione B.V. Maria, lib. 1.

De potentia Dei Commentaria. Extant MSS. ibid.

Cc 1 Contra

Contra errores cuiusdam Carmelitæ Bononiensis, affirmantis Deum, suâ omnipotentiâ, damnatum hominem saluare non posse.

Ad Regem Arragonum, cum quo se excusat, quod nepotem suum præficere Ecclesiæ Augustanæ noluerit.

Aggressus est ad quoddam opus, in quo validis rationibus ostendere nititur D. Thomam & Ioannem Scotum in Sententiis conuenire, quanquam verbis differrent.

Epistolarum volumen.

Duo eius Decreta de festo Conceptionis Immaculatæ V. Mariæ. Extant tom. 8. Concil. Biniij Canonici Colonienſis.

Eius Bullæ & Constitutiones habentur in Bullarijs & Collectionibus. Reperitur in Bibliotheca Sfortiana Tractatus M. S. Iuris congrui super litteris Apostolicis Sixti IV. de ædificijs ad decorem Vrbs construendis, in 4.

Reperitur Pisauri in Bibliotheca Ducis, Sixti Papæ exhortatio contra Turcas, an istius sit, ignoro.

Obiit anno 1484. die 12. Augusti, ætatis suæ 70. sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio à Iulio Cardinali eius nepote ordinato.

Sixto Quarto Pontifici Maximo ex Ordine Minorum, doctrinâ & magnitudine animi, omnis memoria Principi, Turcis Italia summotis, auctoritate Sedis aucta, Vrbe instaurata Templis, Ponte, Foro, Vijs, Bibliotheca in Vaticano publicata, Iubileo celebrato, Liguria seruitute liberata, cum modicè ac plano solo condidi se mandauisset, Iulianus Cardinalis patruo benemerenti, maiore pietate, quàm impensa faciendum curauit. Obijt Idibus Sextilis, hora ab occasu 5. anno Christi 1484. Vixit annos 70. dies 22. horas 22.

Sedit annos 13. & dies 4. Vacat Sedes dies 16.

De rebus gestis consulendi sunt omnes scriptores vitarum Pontificiarum, & Ladislaus Veleſius, Marsilius Ficinus, Raphaël Volaterranus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Nicolaus Roccius.

De scriptis Trithemius *de Script. Eccles.* Posseninus, Ruzpoxæus, Molanus, Fabianus Iustinianus, Coccius, Fernandus Quirinus de Salazar S. I. *lib. de Conceptione*, Bibliotheca Mariana

- Mariana Hippolyti Maraccij, Henricus Villotus in *Athenais Franciscanis*, Leodij 1598. in 8. apud Arnoldium à Courfuarenia editis, Franciscus Gonzaga in *historia Seraphica*, Henricus Sedulius *ibid.* Lucas Vadingus in *Annal. Minorum*, Boninus Mombritius *lib. de Domini passione*, Ioannes Ekius *lib. I. cap. 44.* Matthæus Bossus, Veronensis in *Epist. ad Sixtum IV.* Franciscus Florentinus, cognomento Paduanus, Franciscanus *ibid.* Coriolanus *prælud. summa Conciliorum*, Bibliotheca *Gesneri*, Onuphrius Panuinus in *eius vita*, Ciacconius *ibid.* Victorellus *ibid.* Concilium Tridentinum *sess. 5. in Decreto de peccat. origin.* Iacobus Mensbona Cardinalis *Epistol. ad Sixtum IV.* Ioannes Baptista Laurus, Perusinus in *comment. de Anulo nuptiali Beatæ Virginis Mariæ Perusij assertato*, Fridericus III. Imperator *Epist. ad Sixtum*, Theodorus Gaza in *præfatione in libros Aristotelis de animalibus*, Pagæus *lib. 3. Bibl. Præmonstrat.*
- SIXTUS V. antea Felix Perettus de Mon-alto, Anconitanus, Ordinis Minorum, Papa 228. anno 1585. die 24. Aprilis creatus, & 1. Maij in Vaticano coronatus, scripsit
- Sermones quosdam*, prodierunt Italicè.
 - Declarationem contra Henricum Borbonium*, Romæ 1585. in 8.
 - Monita ad Cardinalem Mon-altum nepotem.* Extant MSS. Angliæ in Bibliotheca Bodleiana in 4.
 - Sententias quasdam MSS.* ibidem.
 - Epistolas Decretales*, quibus S. Bonaventura inter Ecclesiæ Doctores annumeratur Duaci 1589. in 8.
 - Opera S. Ambrosij* magno cum labore & diligentia à se emendata, & ordine erudito distributa, accuratèque impressa 1585. edidit.
 - Bullarum ingens volumen*, à se editarum consarcinatum & collectum.
 - Epistolas ad varios.*
- Obiit anno 1590. die 27. Augusti: sepultus in Basilica Vaticana primò, deinde translatus in Sacellum opulentissimum à se viuente magnis impensis constructum Basilicæ S. Mariæ Maioris, vbi de eo legisequens Epitaphium.

Sixto V. Pontifici Maximo ex Ordine Minorum Alexander Perretus S. R. E. Cardinalis, Vicecancellarius ex sorore pronepos fecit.

Sixtus V. Pontifex Maximus Cupris ad littus superi maris in Piceno natus, Mont-alti educatus, frater Felix Perretus ex Ordine Minorum, Theologus & Concionator insignis, hæretica prauitatis Inquisitor, sui Ordinis Procurator, & Vicarius Generalis, à Pio IV. Pontifice Maximo cum Hugone Boncompagno Cardinali Legato Apostolico in Italiam missus, Pio V. Pontifici Maximo ob spectatum fidei zelum eximie charus, ab eog. Episcopus S. Agatha, & S. R. E. Cardinalis factus, magnisq. negotijs adhibitus, summo sacri Collegij consensu Pontifex Maximus creatus, toto Pontificatu, iustitia, prudentia, animiq. magnitudinis laude floruit.

Sedit annos 5. mens. 4. dies 3. Vacat Sedes dies 18.

De rebus gestis Hilarion Costæus, Ioannes Franciscus Bordinus, Franciscus Suares, Auenionensis, Vincentius Robardus, Mutius Panfa, Achilles Statius, Aldus Manutius, Anonymus, Paulus Bombinus, Angelus Rocca, Antonius Cicarella, Baldus Caraneus, Dominicus Fontana, Franciscus Bencius, Hieronymus Badesius, Ioannes Antonius Perretus, Ioan. Antonius Petramellarius, Ioannes Riudadellus, Petrus Galestinus, Seraphinus Gerardus, Mauritius Bressius, Augustinus Buccius, Ioannes Baptista Stella, Angelus Bargæus, Michaël Mercatus, Lælius Peregrinus, Aurelius Vrfus, Quærengus, Turfellinus, Antonianus, Stella, Ciaconius, Franciscus Panigarola, Ioseph Stephanus Valentinus, Thomas Corra.

De scriptis Iodocus Coccius in *Thesuro*, Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium*, Apparatus sacer *Possuini*, Athenæ. Franciscanæ *Villoti*, Lucas VVadingus in *Annal.* Henricus Sedulius in *hist. Seraphica.*

S. SOTER, Campanus, patriâ Fagundanus, Papa 13. anno 175. die 3. Maij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Prodicunt tom. 1. Epistol. Pont. tom. 1. Concil. Biniij. tom. 2. Annal. Baronij, & apud Iouerium & Gruterum. Sed Centuriatores, VWhittakerus, & alij hæretici

retici fictitias supponunt, sed ineptè, vt testimonia Catholicorum roborant.

Decreta apud Gratianum, Carranzam, Barbosam & alios.

Martyrio coronatur anno 179. die 22. Aprilis: & in cœmeterio Callisti sepultus, vsque ad tempora Sergij iunioris Papæ; quibus sacra eius pignora in titulum Equitij, seu Ecclesias Carmelitarum SS. Syluestro & Martino de Montibus dicatas, translata fuerunt. Sedit annos 3. mens. 11. dies 19. Vacat Sedes dies 11.

De Epistolis & Decretis Dionysius Corinthiorum Episcopus in *Epist. ad Soterum, seu ad Romanos*, Eusebius Cæsariensis *l. 4. cap. 25.* Thomas V Valdensis *tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 38.* Petrus Canisius S. I. *de sacrificio Missæ.* Coccius in *Thesauro*, Genebrardus, Posseuinus *v. S.* Gualterus *fac. 2. col. 1. verit. 1. §. 6.* Claudius de Rubys *l. 1. cap. 23. hist. Lugd.* Volaterranus *l. 22. Antropol.* Ioannes Azor *p. 1. Instit. moral. l. 9. cap. 9. q. 6. & lib. 10. cap. 29. quæst. 2.* Gregorius Lopez *l. 1. gloss. 10. tit. 11. p. 1.* Bibliotheca Gesneriana, Alphonfus Ciaconius Dominicanus in *Sotere*, Baptista Platina *ibid.* Andreas Duchesnius Historiographus Regius *ibid.*

S. STEPHANVS I. Romanus, Papa 24. anno 257. die 7. vel 9. Aprilis creatus, scripsit

Epistolas duas. Extant apud Binium *tom. 1. Concil. cum Notis*, Baronium *tom. 11. Annal.* Franciscum Iouerium & Ioannem VVendelstinium.

Decreta apud Gratianum, Isidorum, Iuonem, Burchardum, & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 260. die 2. Augusti: sepultus primò in cœmeterio Lucillæ, vel Callisti; tandem iussu Sergij iunioris translatus in Ecclesias Carmelitarum SS. Syluestri & Martini de Montibus.

De S. Stephano Simeon Metaphrastes, S. Petrus Cardinalis Damianus, Petrus de Natalibus, Damasus Portuensis in *Pontificali Romano*, & alij *de vitis Pontificijs.*

De scriptis loquuntur S. Cyprianus in *Epist. ad Stephanum*, Dionysius Alexandrinus Episcopus *ibid.* Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus in *Epist. ad Cyprianum, contra Epistolam Stephani.*

Stephani. Eusebius l. 7. cap. 2. *hist. Eccles.* Cardinalis Perronus in replica pag. 373. Faustinus Episcopus 5. Lugdunensis in *Epist. ad Stephanum*; S. Vincentius Lerinensis cap. 9. Cæsar Nostradamus in *historia Prouincia Syluester Prieras* Dominicanus in *sua Syluestrina v. Infamia num. 11*. Thomas V Valdensis tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 54. & l. 4. art. 3. cap. 38. Aluares de Velasco de *privilegijs pauperum*, p. 2. q. 65. Ekius de *Primatu Petri*. Bibliotheca *Gesneri*. Alphonsus Ciaconius in *Stephano I*. Platina *ibid.* Duchesnius *ibid.* Massonius *ibid.* Gretserus *aduersus Plessæum*.

STEPHANVS III. Romanus, Papa 951. anno 752. die 31. Martij, creatus, Ciaconio die 29. Martij creatus, & die 2. Aprilis consecratus, Romæ, scripsit

Epistolas quinque, quarum quarta habetur sub nomine S. Petri ad Pipinum & Carolomannum fratrem Franciæ Principes, & Hilduinum tom. 5. *Concil.* & tom. 9. *Annal.* Barohij. Quasdam etiam refert in *sua Epistolarum Pontificiarum collectione*. Iacobus Gretserus S. I.

Obiit anno 757. die 26. Aprilis: sepultus in Vaticano. Sedit annos 5. & dies 26. Vacat Sedes mens. 1. & dies 2.

Eius res gestas prosequuti sunt, Garnerus, Platina, Ciaconius, Duchesnius, Massonius, & alij *de Rom. Pontificibus*.

De Epistolis legendi sunt S. Bonifacius Archiepiscopus 1. Moguntinus in *Epist. ad Stephanum*. Hadrianus Papa I. in *Epist. ad Constantinum & Irenem*. Hilduinus Abbas 19. Sandionysianus in *Areopagetis suis*, S. V. Villibaldus Episcopus in *vita S. Bonifacij*. Ruthardus Rabani Mauri discipulus *ibid.* carmine, Nicolaus Serarius, *Chronica Francorum*, Simon Millerus, Benedictinus *lib. de translatione corporis S. Benedicti*. Petrus de Marca l. 1. cap. 12. *concord. Sacerd. & Imp.* Ciaconius in *Stephano III*. Andreas Victorellus *addit. ad vitam Stephani*.

STEPHANVS IV. Siculus, Papa 97. anno 768. die 5. Augusti creatus, & 17. eiusdem mensis coronatus Romæ, scripsit

Varias Epistolas; præsertim ad Carolum & Carolomannum Francorum Reges, quas habes in *peruetusto Chronico*, à Petro Pithæo Trecenti, edito, vna tantum extat tom. 5. *Concilium*

cum eius Concilio Romano, & tom. 9. *Annal.* Baronij; sed varias refert Iacobus Gretferus.

Obiit anno 772. die 1. Februarij: sepultus in Vaticano. Sedit annos 3. men. 5. & dies 28. Vacat Sedes dies 8.

De Epistolis Hadrianus I. in *Epist. ad Carolum Magnum*, Coccius in *Thefauro*, Spondanus in *Epitome Baronij* anno 772. Hieronymus Rubeus l. 5. *histor. Raven. in Sergio Archiepiscopo* 40. Ioannes Petrus Camus in *Stephano*. Coriolanus *ibid.* Chronica Francorum, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Stephani IV.*

S. STEPHANVS V. Romanus, Papa 99. anno 816. die 12. Iunij creatus, & 3. Iulij consecratus, scripsit

Epistolam unam, quæ habetur MS. in Vaticano, & in Decreto Gratiani *dist.* 33. *can.* 28. Tamen Binius & Baronius indicant esse alterius Stephani, quos consulere poteris.

Obiit anno 817. die 25. Ianuarij: sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit mens. 7. & dies 3. Vacat Sedes dies 2.

De rebus gestis consule præter auctores vitarum Pontificiarum, Ioannem Riudadellum Taruisinum.

S. STEPHANVS VI. Basilius antea vocatus, Romanus, Papa 112. anno 885. die 27. Maij creatus, Ciaconio 13. Maij, scripsit

Epistolas varias, ex Andrea Duchesnio in eius vita, licet duæ tantum reperiantur tom. 7. *Concil.* Biniij & tom. 10. *Annal.* Baronij. Extant MSS. in Codice Columnensi.

Eius *sermo*, quem habuit in Missa ad Populum Romanum, legitur apud Anastasium & Baronium *ibid.* ann. 890. num. 2. & seqq.

Obiit anno 891. sepultus in Vaticano apud S. Petrum cum sequenti Epitaphio:

*Accedis quisquis, magni suffragia Petri
Cælesti regni poscere clauigeri.
Intentis oculis, compuncto corde, locellum
Conspice prospicuum, quo pia membra iacent:
Hic tumulus sexti sacratos continet artus
Præsulis eximij Pontificis Stephani.
Bis ternis annis populum, qui regit & Urbem,
Et gesit Domino qua fuerant placita.*

Dd

Suscepit

Suscipit tellus consumptum pulvere corpus,

Æthera, sed scandit spiritus almus ovens.

Vnde peto, cuncti venientes dicite fratres,

• Arbitrè omnipotens da veniam Stephano.

Sedit annos 6. Vacat Sedes menses aliquot.

De Epistolis Flodoardus *in Fulcone Remensi*, Petrus Aubertus Bellouacensis *in sua historia*. Stephano scripserunt Leo Imperator Orientalis, B. Fulco 32. Archiepiscopus Remensis pro Carolomanno Francorum Rege, Stylianus Episcopus & Episcopi Ecclesiæ Constantinopolitanæ contra Photium, Ecclesia Lingonensis pro consecratione Theutboldi Episcopi 39. Lingonensis, Alphonsus Ciaconius Dominicanus *in Stephano VI*. Epistolas commemorat.

STEPHANVS VII. non V. vt aliqui putant, Romanus, Papa 114. anno 897. die 6. vel 8. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas præsertim ad Fulconem Remensem, teste Flodoardo l. 4. cap. 4. hist. Remens. Eius Conciliabulum Romanum in causa Formosi Papæ extat *tom. 7. Conciliorum*, Binij & *tom. 10. Annal. Baronij.*

Strangulatur Romæ anno 909. sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio, à Sergio III. Papa concinnato.

Hoc Stephani Papæ clauduntur membra locello:

Sextus dictus erat Ordine quippe Patrum.

Hic primum repulit Formosi spurca superbi,

Culmina qui inuasit sedis Apostolicæ.

Concilium instituit, præcedit Pastor & ipsi,

Lege satis fessis iure dedit famulis.

Cumque Pater nullum certaret dogmate sancto,

Captus, & à sede pulsus ad ima fuit.

Carceris interea vinclis constrictus, & vno

Strangulatus neruo, exiit & hominem.

Post decimumque regens, sedem cum transtulit, ænum,

Sergius huc Papa funera sacra colens.

Sedit annos 3. Vacauit Sedes dies tres, si Panuinio credas.

STEPHANVS IX. Germanus, Papa 129. anno 939. die 7. Iunij Romæ creatus, scripsit ad Principes Franciæ.

Epistolas

Epistolas pro receptione Ludouici in Regem Francorum, teste Duchesnio *in eius vita*.

Eius *Decreta* leguntur apud Platinam, Baronium, & alios ex Possuini Apparatu *v. S.*

Obiit Romæ anno 943. in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 3. menses 4. & dies 5. Vacat Sedes dies 10.

De rebus gestis Martinus Polonus, Platina, Onuphrius Panuinus, Ioannes Baptista de Caualeriis, Alphonfus Ciacominus, Papyrius Massonus, Andreas Duchesnius & alij.

STEPHANVS X. antea Fredericus à Lotharingia, Gallus, Abbas Cassinensis, Papa 153. anno 1057. die 2. Augusti creatus, scripsit

De veritate corporis Domini, contra Patriarcham Constantinopolitanum Michaëlem Cerularium *lib. 1.* Item

Librum alterum eiusdem argumenti aduersus quendam Monachum.

Epistolam ad Geruasium Barbet Archiepiscopum 43. Remensem. Extat *tom. 3. Biblioth. Patrum, tom. 7. Concil. & tom. 11. Annal. Baronij* anno 1057. n. 33. sed malè ad Guilielmum, pro Ceruasio dicitur.

Diplomata varia Pontificia fertur scripsisse, dum Bibliothecarij & Cancellarij S. R. E. officioungebatur.

Eius *Decreta* leguntur Colonia excusa cum aliis, teste Possuino *v. S.*

Obiit Florentiæ miraculis clarus anno 1058. die 28. Aprilis: ibidèmq; humatus est in Cathedrali vlla absque inscriptione. Sedit menses 8. & dies 26. Vacat Sedes mens. 8. & dies 5.

Eius sanctitas memoratur *in Martyrologijs* Arnoldi VVionis, Hugonis Maynardi, & Andreæ Saussæi.

Eius vitam scripserunt Leo Ostiensis *in Chron. Cassin.* Frizon *in Gallia Purpurata*, Thomas Aquinas à S. Ioseph *in Monarchia Francorum sancta*, Leo Marsicanus, Marcus Antonius Scipio.

De scriptis, Rupipozæus Episcopus Pictauiensis *in Nomenclatura Cardinalium*, Apparatus Possuini, Claudius Robertus *in Geruasio Barbet.*

S. SYLVERIVS, Campanus, Papa 60. anno 536. factus, vi & motu Theodati Regis Gothorum, Ciaconio verò die 20. Iulij creatus, & 16. Decembris coronatus, scripsit

Epistolas duas, quarum vna, nempe ad Amatorem Episcopum Augustudinensem, non verò Augustodunensem in Ducatu Burgundiæ, sed alterius Sedis, sic nuncupatæ, vt annotavit eruditissimus Claudius Robertus in S. Amatore I. Augustodunensi, aliàs Æduensi, conficta est. Extant *tom. 4. Concil. vnâ cum Amatoris Episcopi Epistola ad Syluerium tom. 1. Epistolarum Pontificiarum, & tom. 7. Annal. Baronij ann. 539.* Ei scribit Epistolam Theodora Augusta.

Alia Epistola, nomine Syluerij scriptæ, fictitiæ reputantur.

Martyrio illustratur anno 540. die 20. Iunij in insulâ Palmariâ, vel Pontiâ. Ibidemque sepultus magnis patens miraculis. Sedit ann. 4. & aliquot menses. Vacat Sedes dies 6.

De rebus gestis consule Liberatum in *Breuiar. Anastasium & alios vitarum Pontificiarum scriptores.*

Eius Epistolæ memorantur à Procopio *lib. 2. de bello Goth.* Liberato Diacono Carthaginensi in *Breuiar. cap. 22.* Nicephoro Callisto *lib. 17. cap. 13.* Euagrio *lib. 4. cap. 18. hist. Eccles.* Ioanne Nauclero *generat. 18.* Posseuino in *Apparatu sacro v. S. Gesneri Bibliothecâ*, Alphonso Ciaconio in *Syluerio.*

S. SYLVESTER I. Romanus, Papa 34. anno 314. die 1. Februarij creatus, scripsit

Disputationem, seu Conflictum B. Sylvestri & Iudæorum super fide Catholica, in præsentia Constantini Imperatoris & Helenæ eius matris. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca S. Petri *vol. 84. & in eius vita* apud Surium. Sed copiosiore reperit Antonius Posseuinus S. I. in quodam exemplari in Abbatia Nouantulæ ditonis Mutinensis, vt ipse testatur *lib. 9. sua Bibliotheca selecta pag. mihi 567.* hic Conflictus tenetur pro primo Concilio Romano Sylvestrino. Extat cum aliis eius Concilis Romanis *tom. 1. Concil. cum notis Binianis.*

Epistolas varias, vt constat ex Epistolis ad eum scriptis ab Helena Imperatrice, teste Ioanne Pitseo, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino, Marino Archiepiscopo 13. Arelatensi, Osio Cordubensi Episcopo, Constantino Imperatore & aliis.

Decretis

Decreta extant in Collectione Deusdedit S. R. E. Cardinalis, quæ Romæ MS. asservatur, & apud Isidorum, Iuonem Carnotensem, Burchardum, Gratianum, Carranzam, Barbosam, Cresconium, & alios Decretorum Collectores.

Obiit Romæ anno 335. die 31. Decembris: sepultus primò in cœmeterio Priscillæ viâ Salaria, deinde translatus tempore Sergij II. in Basilicas SS. Sylvestri & Martini de Montibus, quas nunc possident nostri Carmelitæ. Sedit annos 21. menses 10. & dies 29. Vacat Sedes dies 15.

De laudibus S. Sylvestri Simerij Metaphrastes, Theodorus Balsamon, S. Gregorius Magnus, Innocentius III. Papa, Anonymus *de rebus à S. Sylvestro gestis*, Nicephorus, Aloysius, Lipomanus, Laurentius Surius, Marcus Antonius Muretus, Ioannes Morinus, Ioannes Antonius Philippinus Carmelita, Baptista Mantuanus Carmelita, S. Basilius, Reginaldus, Polus Eusebius Cæsariensis, Augustinus Steuchus, Constantini Magni & Othonis III. Imp. donationes, & omnes, qui in eas scripserunt, Gregorius Sondereiter, Ioannes Iacchettus, Damasus Portuensis, & omnes alij *vitæ Pontificiarum* scriptores, quos enumerauimus *lib. 2. huius Bibliotheca.*

De scriptis Baronius *ab ann. 314. vsque ad 335.* Nicolaus I. *in Epist. ad Michaëlem Imp.* Hadrianus I. *in Epist. ad Constantinum, & Irenem Imp. & Epist. 3. ad Carolum Francorum Regem.* Gelasius Papa *cap. Sancta R. dist. 15.* Coccius *in Thesauro*, Posseuinus *in Apparatu*, Bibliotheca *Molani*, Genebrardus *lib. 3. Chronogr.* Alphonfus Pisanus S. I. *lib. 4. Concilij Nicani*, Gesneri *Bibliotheca*, Alphonfus Ciaconius *in Sylvestro*, Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

SYLVESTER II. antea Gerbertus, Aruernus, patriâ Aureliacensis, Benedictinus, Papa 141. anno 999. die 1. Nouembris creatus, scripsit ante Papatum virulenta

Aduersus Decretales Pontificum Epistolas, quæ quidem Cardinalis Baronius *tom. 10. Annal. ann. 992.* confutat. Item scripsit

Dialogum pulcherrimum, cuius interlocutores sunt ipse & Leo Nuntius Apostolicus.

De Arithmetica, seu *de numeris ad Constantinum Floriacensem*

censem Monachum. Extat M S. apud Ioannem Massonum Papyrij fratrem Archidiaconum Baiocensem, vt ipse testatur in *Epistola dedicatoria*, ad Antistites & Clerum Gallia, operibus dicti Syluestri præfixa anno 1611. edit. & tom. 3. *Bibl. Patrum pag. mihi 687.*

De Sphæra lib. 1.

De compositione Astrolabij lib. 1.

De Rhetorica lib. 1.

De Geometria lib. 1. Afferuabatur olim MS. in Bibliotheca Cardinalis Farnesij, teste Onuphrio Panuino, in *annotat. ad vitam Syluestri II.*

Epigrammata in Boëtij imaginem. Extat in *Appendice notationum Baronianarum ad 7. tomum ann. 526.*

Orationem, quam habuit in Synodo Mosonij ann. 995. 4. Non. Iunij.

Vitam S. Adalberti, Archiepiscopi Pragensis Martyris, cuius exordium est: *Est locus in partibus Germania*, &c. Extat MS. in Bibliotheca Cassinensi ex Baronio ann. 1003. num. 1. Eam Romæ prælo mandauit Abrahamus Bzouius, & Adalberto Vrsino dicauit.

Præterea scripsisse compertum habemus *Epistolas centum quinquaginta nouem*, quibus vsus est Cardinalis Baronius in *Annalibus suis*, beneficio viri Cl. Nicolai Fabri Parisiensis. Prodidierunt etiam separatim è Bibliotheca Papyrij Massoni I. C. Parisiis 1611. in 4. apud Mathæum Ruette via Iacobæa sub scuto Solis aurei, & in *Bibliotheca Patrum tom. 3. à pag. mihi 687. vsque ad 736.* edit. Paris. 1634. Caroli Morelli, Andreas Duchesnius asserit quædam exemplaria MSS. fore auctiora. Vnicam eius Epistolam ad Azolinum, seu Adelberonem Episcopum 33. Laudunensem refert Binius tom. 7. *Concil.*

Obiit Romæ anno 1003. die 12. Maij: sepultus in Laterano, vbi de eo legi sequens Epitaphium à Sergio I V. Papa compositum.

Syluestri Papæ II.

*Iste locus mundi, Syluestri membra sepulti,
Venturo Domino conferet ad sonitum.*

Quena

Quem dederat mundo celebrem doctissima virgo,
 Atque caput mundi culmina Romulea.
 Primum Gerbertus meruit Francigena sede
 Rhemensis populi metropolim patria.
 Inde Rauennatis meruit conscendere summum
 Ecclesia regimen nobile, fitque potens.
 Post annum Romam mutato nomine sumpsit,
 Vt toto Pastor fieret orbe nouus.
 Cui nimium placuit sociali mente fidelis
 Obtulit hoc Caesar tertius Otho sibi.
 Tempus uterque comit clara virtute sophia,
 Gaudet & omne seclum, frangitur omne reum.
 Clauigeri instar erat cælorum sede potitus,
 Terna suffectus cui vice Pastor erat.
 Iste vicem Petri postquam suscepit, abegit
 Lustrali spatio secula morte sui.
 Obrigit mundus discussa pace triumphus,
 Ecclesie nutant dedidit requiem.
 Sergius hunc loculum miti pietate sacerdos,
 Successorque suus compsit, amore sui.
 Quisquis ad hunc tumulum deuexa lumina vertis,
 Omnipotens Domine, dic, Miserere sui.

Obiit anno Dominicæ Incarnationis M. III. Indiæ. 1. M. Maij, dies 12. Sedit annos 4. mens. 6. & aliquot dies.

De Gelasij laudibus, & vitâ, Ioannes Stella, Alexander Raynaldus, Abrahamus Bzouius, Hieronymus Rubeus, Petrus Frizon, Gabriel Naudæus.

De scriptis Glaber Rodolphus S. Germani Antiffiodorensis, Monachus l. 1. hist. Franc. cap. 4. Vincentius Bellouacensis in Speculo historiali, l. 24. cap. 98. Dithmarus Germanus lib. 6. hist. Arnoldus Vuion in ligno vita, Genebrardus, Coccius, Posseuinus, Gualterus, Fabianus Iustinianus, Gesnerus, Bellarminus lib. de Rom. Pont. Hieronymus Platus l. 2. cap. 38. de bono status religiosi. Trithemius in Chron. Hirsaug. Petrus Cotton l. 2. Instit. Cathol. cap. 13. Andreas Duchesne in eius vita. Adelboldus Episcopus VVirsburgensis Syluestri discipulus in quæstione Diametri super Macrobius, Alphonfus Ciaconius

Ciaconius in *Syluestro II.* Onuphrius Panuinus *ibid.* Franciscus Hallerius in *defens. Eccles. Hierarch.*

S. SYMMACHVS, Sardus, patriâ Simagenfis, Papa 53. anno 498. die 23. Nouembris Romæ consecratus & creatus, scripsit

Epistolas undecim. Extant *tom. 3. Concil.* vnâ cum Orientalium Episcoporum ad Symmachum Epistola cum Notis Binianis, & *tom. 6. Annal. Baronij.* Illa verò Apologetica aduersus libellum Anastasij Imperatoris extat *tom. Biblioth. Patrum.* Aliquæ prodierunt Basileæ 1549. in 8. cum Epistolis Ambrosij & aliorum. Extant MSS. in Archiuo Ecclesiæ Cathedralis Arelatensis.

Decreta apud Isidorum, Iuonem, Cresconium, Burchardum, Gratianum, & in Codice MS. Carmelitano Lugdunensi iam citato.

Exemplar constituti, facti à D. Symmacho Papa de abroganda lege Odoacris Regis repugnante libertati Ecclesiasticæ, in electione Pontificis, & de rebus Ecclesiæ conseruandis. Extat *tom. 3. Concil.* cum sex eius Conciliis Romanis, & libello Ennodij Diaconi Apologetico pro defensione Symmachi Papæ, & quartæ Synodi Romanæ conscripto.

Moritur Romæ anno 514. die 19. Iulij: sepelitur apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 15. mens. 8. minus 4. diebus. Vacat Sedes dies 7.

De scriptis S. Ennodij Episcopus Ticinensis *lib. de fide Catholica pag. mihi 318.* Theodorus Lector in *Collectione.* Trithemius, Posseuinus, Genebrardus, Coccius, Coriolanus, Gualterus, Iouerius in *Decretis,* Carranza *ibid.* Ioannes Ekus de *Primatu Petri.* Bibliotheca Gesneri, Ludouicus Carbo de *sacris Scriptoribus, in secundam secundæ D. Thomæ partem, cap. 19. de summo Pontifice & Ecclesia.* Alphonfus Ciaconius in *Symmacho.*

T.



ANCTVS THELESPHORVS, Græcus, Alphonso Ciaconio, & Cherubino Calaber, patriâ Thurienfis Carne

Carmelita, Papa 9. anno 142. die 8. vel 10. Aprilis Romæ creatus, scripsit

Epistolam Decretalem, extat *tom. 1. Concil. Binij cum Notis tom. 1. Epistolarum Pontificiarum, & tom. 2. Annal. Baronij*. Reputatur fictitia apud Centuriatores, Riuetum, VWhittakerum & alios hæreticos, sed eis opponimus Auctores infra citatos.

Decreta Ecclesiastica nonnulla. Ordinavit etiam in sacrificio Missæ cani Hymnum Angelicum, *Gloria in Excelsis Deo*.

Falsò ei tribuitur à nostro Marco Antonio Alegreo Casanato in Paradiso Carmelitici Decoris *liber Prophetiarum*, qui M. S. asseruabatur Venetiis in Museo Hieronymi Porri; nam est alterius Thelesphori Eremitæ, qui vixit anno 1386. testibus Arnolde Vuione *in Ligno vite*, & Possuino *in Apparatu sacro v. T.*

Martyrio decoratur Romæ anno 154. die 5. Ianuarij: sepultus in Vaticano iuxta S. Petri corpus. Sedit annos 11. mens. 8. dies 26. Vacat Sedes dies 4. vel 6.

Omnia Martyrologia & Historici Carmelici eius sanctitatem celebrant.

De scriptis *Apparatus Possuini*, Cardinalis Perronius *aduersus Danielem Tilenum*. Alphonfus Chacon *de varia ieiuniorum obseruantia*. Ægidius Carlerius Cameracensis Decanus *in oratione, quam habuit in Concilio Basiliensi de punitione peccatorum publicorum*. Durandus *in Rationali l. 6. cap. 13*. Martinus Ledesma *in 4. p. 2. q. 17. art. 1*. Bartholomæus ab Angelo *in examine Confessor. dial. 5. de Missa*. Franciscus Leo *in Thesauro p. 3. cap. 4. num. 63*. Alcuinus *de diuinis officijs, cap. de septuagesima*. Ioannes Gerfonus *lib. de auct. Eccles. cap. 7*. Canisius *de sacrificio Missæ*. VValdensis *tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 66*. Petrus Cotton *l. 2. Institut.* Bibliotheca *Gesneri*, Platina *in Thelesphoro*, Alphonfus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Andreas Victorellus *in Additionibus ad vitam Thelesphori*.

THEODORVS I. Hierosolymitanus, Papa 75. anno 641. die 25. Nouembris, Ciaconio 26. creatus, & coronatus Romæ, scripsit

Epistolam ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum

E c

hære

hæreticum Monothelitam : cuius fit mentio in Epistola Pauli reddita , ad ipsum Theodorum Pontificem , quæ cum quibusdam aliis Synodalibus ad Theodorum Papam transmissis , extant in actis synodalibus Concilij Lateranensis sub S. Martino Papa *consultatione 4. Conciliorum* , Binij *tom. 8. etiam Annal.* Baronij cum eius Concilio Romano ; quo prædictus Paulus & Pyrrhus in hæresim Monothelitarum relapsus condemnati sunt anno 648.

Obiit anno 649. die 14. Maij , sepultus in Vaticano. Sedit annos 7. mens. 5. & dies 20. Vacat Sedes menses 1. & dies 16.

De Epistola Victor Episcopus Carthaginensis *in Epist. ad Theodorum.* Sergius Cyprius *ibid.* ex Iodoco Coccio , Barbosâ *super Decretum Gratiani.*

V.

SANCTVS VICTOR I. Afer, Papa 15. anno 194. die 31. Maij, Romæ creatus, scripsit

De celebratione Paschatis Epistolas quatuor. Extant apud Binium *tom. 1. Concil.* cum Notis Binianis , & responsione Polychratis Episcopi Ephesini , Baronium *tom. 2. Annal.* Eusebium Cæsariensem *lib. 5. cap. 22. 23. & 24.* & Ioannem Lieuræum *in Antiquitatibus Viennensibus* , c. 11. & 12. Hæretici adulterinas nominant , quibus opponimus Auctores infra nominatos fide dignos.

Decreta quedam apud Cresconium , Isidorum , Iuonem , Burchardum , Gratianum & alios Decretorum Collectores.

Rationem fidei, exigenti Hunerico Regi Vandalorum redditam.

Quedam opuscula scripsisse fertur à Possuino *in Apparatu* , & Balthasaro VVerlino Colmariensi *in addit. ad Trihemium.*

Martyrio illustratur anno 203. die 28. Iulij , sepultus iuxta corpus S. Petri in Vaticano. Sedit annos 9. mens. 1. dies 28. Vacat Sedes dies 11.

De

De scriptis Nicolaus I. in *Epist. ad Michaëlem*, S. Irenæus Episcopus 2. Lugdunensis in *Epist. ad Victorem*, Beda lib. *Æquinoctio Vernali*. Ado Viennensis in *Chron.* Genebrardus *ibid.* Bibliotheca Floriacensis, Franciscus Iouerius, Lambertus Gruterus, Volaterranus, Platina, Ciaconius, Coccius, Bellarminus l. 2. de *Rom. Pont. cap. 14.* Polycrates Archiepiscopus Ephesinus in *Epist. ad Victorem Rom. Pont.* quæ asseruabatur M. S. Græcè in Bibliotheca Messanæ in Sicilia. Coriolanus in *annotat. ad Canones Apostolorum*, Gesneri Bibliotheca.

VICTOR III. antea Desiderius, Beneuentanus, Abbas Casinensis, Papa 157. anno 1086. die 9. Maij, vel 8. Iunij creatus, scripsit

Dialogorum libros 4. Extant MSS. in Vaticano *plut. 3. n. 178.* sub nomine Dialog. Gregorij Papæ ex Baronio anno 1049. *num. 25.* Memorantur à diuersis hoc sub titulo: *De miraculis à S. Benedicto, alijsve Monachis in monasterio Casinensi ope diuina factis*, lib. 4. Redolent sanè ad pietatem, teste Possuino v. D.

Cantus quosdam de S. Mauro Abbate, ex eodem.

Epistolas ad diuersos, sed hætenus ignotas.

Obiit in monasterio Casinensi anno 1087. die 15. Septembris, sepultus in Capituli monasterij abside, cum sequenti Epiraphio:

Quis fuerim, vel quid, qualis, quantusque, doceri

Si quis forte velit, aurea scripta docent.

Stirps mihi Magnatum, Beneuentus patria, nomen

Est Desiderius, tuque Casine decus.

Intactam sponsam, matrem, patriamque, propinquos

Spernens, huc propero, Monachus efficior.

Abbas dehinc factus, studui pro tempore totum,

Vt nunc aspicitur, hunc renouare locum.

Interea fueram Romana clarus in urbe

Presbyter Ecclesie, Petre Beate, tua.

Hoc senis lustris, minus anno, functus honore

Victor, Apostolicum scando dehinc solium.

Quatuor & senis vix mensibus inde peractis

Bis sex lustra gerens, mortuus hic tumulor.

Ec 2

Solis

*Solis virgineo stabat lux ultima signo,
Cum me Sol verus hinc tulit ipse Deus.*

Sedit annum vnum, mens. 3. & dies 7. Vacat Sedes mens. 5.
& dies 27.

De rebus gestis Leo Ostiensis, Landenulphus Capuanus, Otho Frisingensis Episcopus, Petrus Guillermus, Martinus Polonus, Arnoldus Vuion, Marcus Antonius Scipio, Placentinus Congregationis Cassinensis Monachus, in *Elogijs Abbatum Cassinensium Neapoli apud Beltrammum 1630. in fol. editis*, Albertus Crantzius, Petrus Diaconus, Sigonius *de Regno Italia*, Ioannetus & alij.

De scriptis Chronicon Bobiense M. S. Rupipozeus in *Nomenclatura Cardinalium*, Ioannes Petrus Camus in *Victore III*. Antonius Yepes in *Annalibus Benedictinis*, Spondanus, Petrus Damianus *Epist. ad Victorem III*. Petrus Diaconus *de Ill. viris Ordinis S. Benedicti*, Ciaconius in *Victore III*.
S. VIGILIVS, Romanus, Papa 61. anno 540. die 28. Iunij creatus, Ciaconio 26. Aprilis, & 16. Iunij coronatus Romæ, scripsit

Epistolas octodecim. Extant cum Notis Biniij tom. 4. *Concil. tom. 1. Epistol. Pontif. & tom. 7. Annal. Baronij*. Extant MSS. in Codice Arelatensi. Ei scripsit Epistolam Arator S. R. E. Subdiaconus, Italus, Monachus S. Benedicti.

Decretum, seu *Constitutum Vigily, de tribus Capitulis*, extat ibid. apud eosdem vnà cum fragmento damnationis Theodori Episcopi Cæsareæ Cappadociæ.

Obiit Syracusis in Sicilia anno 555. Tandem eius corpus Romam delatum, & in Ecclesia S. Marcelli viâ Salaria sepultum. Sedit annos 16. Vacat Sedes mens. 3. vel circiter, Ciaconio menses 3. & dies 5.

De Epistolis Liberatus in *Breviario*. Pelagius I. Papa in *Epist. ad Eliam Aquileiensem*, &c. S. Gregorius Magnus in *Epist. ad Episcopos Hiberniæ, de causa trium Capitulorum*. Euaagrius l. 4. cap. 18. Nicephorus l. 17. cap. 13. 26. 27. & 29. Cassiodorus l. 1. *Instit. diuin. lect. cap. 5.* Concilium Florentinum sess. Quintum & Sextum Constantinopolitanum, Apparatus *Possuini*. Petrus de Marca l. 1. c. 12. & *concord. Sacerd. & Imp.*
Corio

Coriolanus in *summa Conciliorum* pag. 65. Gordianus Romanus, S. Benedicti Abbatis discipulus, in *Epist. ad Vigilium Papam*, quæ legitur in *Chron. Cassin. Venetjs* 1613. edito. Bibliotheca Gesneriana, Alphonfus Ciaconius in *Vigilio*.

S. VITALIANVS, Signinus, apud Herculicos, Papa 78. anno 657. die 31. Augusti creatus, scripsit

Epistolas sex, sed vltima, quæ dirigitur ad Benedictinos Siculos, suspecta habetur à Baronio *tom. 7. Annal.* Extant *tom. 4. Concil.* cum eius Concilio Romæ celebrato in causa Ioannis Lappensis Episcopi in Creta.

Regulam Ecclesiasticam composuit, & *cantum* ordinauit, teste Platinâ in *eius vita*.

Obiit Romæ anno 669. die 27. Ianuarij: sepultus in Vaticano. Sedit annos 12. mens. 4. & dies 24. Ciaconius annos 14. mens. 5. & dies 29.

De scriptis Coccius in *Thesauro*, Antonius Posseuinus S.I. Theologus magni nominis in *Apparatu sacro*, v. V. Bibliotheca abbreviata *Gesneri*, Petrus Monothelita Episcopus Constantinopolitanus *Epist. ad Vitalianum*, Chronicon Cassinense, Andreas Victorellus in *addit. ad vitam Vitaliani*, Anastasius in *Vitaliano*, Ciaconius *ibid.* Beda *lib. 4. Genebrardus*.

S. VRBANVS I. Romanus, Papa 18. anno 226. die 18. Septembris creatus, scripsit

Epistolam vnâ. Extat apud Binium *tom. 1. Concil.* cum notis apud Baronium, Iouerium, Gruterum, & alios Epistolarum Pontificiarum collectores.

Decreta apud Gratianum, Carranzam, Barbofam.

Martyrij palmam adeptus est Romæ anno 233. die 25. Maij: sepultus in cœmeterio Prætextati viâ Appiâ. Sedit annos 6. mens. 7. & dies 4. Vacat Sedes dies 30.

Martyrologia eum commemorant eodem die, etiam Gallicanum.

Eius vitam scripserunt Simon Metaphrastes, & Antonius Bosius, præter omnes, qui de *sanctis & Romanis Pontificibus*, Anonymus in Bibliotheca Cardinalis Biscia.

De scriptis Urbani *Apparatus sacer* Posseuini, Coccius in *Thesauro*, Coriolanus, Volaterranus, Simoneta, Genebrardus,

Gualterus Camus, Thomas V Valdensis *tom. 1. & 2. Bibliotheca Gesneriana*, Baptista Platina *in Urbano*, Alphonfus Ciaconius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Onuphrius Panuinus *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Bernardus Guidonis *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Paulus Sherlogus *comment. in Cantica Cantorum pag. 616.* Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*
 VRBANVS II. antea Otho Castilionæus, de Chastillon, Gallus, Benedictinus, Papa 158. ann. 1088. die 12. Martij Terracinx creatus, scripsit

De iniurijs sibi ab Henrico Imperatore illatis, dum in Germanis personam Legati sustineret Gregorio VII.

Contra hereticorum dogmata.

Orationem ad Iuonem Episcopum 62. Carnotensem habitam.

Sermones tres, quos habuit in Concilio Claromontensi. Extant apud Guilielmum Tyrium lib. 1. c. 15. de sacro Bello, Guilielmum Malmesburiensem lib. 4. cap. 2. Bertholdum Constantiensem in Chron. Ioannem Nauclerum ibid. Ioannem Tarchagnotam in histor. mundi p. 2. l. 11. Baronium, Binium & Frizonem in Gallia Purpurata.

Officium Sabbathinum B. V. Mariae, S. Antonino tit. 16. c. 1.

Prefationem Missæ, quæ incipit, Et te in ueneratione B. Mariæ semper Virginis collaudare, &c.

Epistolas quamplurimas. Extant MSS. in Vaticano. Viginti reperiuntur sub nomine Urbani, quæ scriptæ fuerunt à Leone S. R. E. Cardinali, Cassinensis Cœnobij Monacho, ut docent Petrus Diaconus lib. de Ill. viris cap. 31. & Card. Baronius tom. 11. Annal. Reperiuntur tom. 7. Concil. Binij. Vna ad Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem habetur inter Epistolas Anselmi, Lugduni apud Laurentium Durand 1630. editas, studio R. P. Theophili Raynaudi S. I. Aliæ etiam MSS. leguntur in Chartularijs Cluniaci, S. Mariæ de Rota, S. Martini Turonensis, & S. Petri Burguliensis, teste Andrea Duchesnio.

Decem eius Concilia tom. 7. Concil. & Decreta apud Gratianum, Iuonem Carnotensem part. 6. cap. 406. part. 4. cap. 74. part. 10. cap. 54. part. 14. cap. 45. Antonium Augustinum, Lambertum Episcopum 34. Attrebatensem, Bernardum Papiensem,

fem, Franciscum Belleforestum l. 4. *Annal. Franc.* & alios.

Obiit Romæ anno 1099. die 28. Iulij: sepultus in Vaticano.
Cuius Epitaphium cecinit Domnizo Presbyter in vita Comitissæ Mathildis, hunc in modum:

*Non erat hic Rector tremulus quasi cannula vento,
Sed veluti ferrum truncabat noxia verbo.*

*Vt ceruum serpens, hæc sum sic turba timet quem
Cuncta sibi prava subduntur dogmata falsa.*

*Nunquam decreuit libertas denique Sedis
Romana per eum, sanctum peramat quia Petrum.*

*Aureus Antistes, color optimus extitit ipse,
Scilicet Urbanus, Sanctis meritò sociatus.*

*Talem, va Roma! cum perdidit Vpilionem,
Mortuus est Roma, digno conditus honore,*

*Iulius ipse dies binos cum dat prope finem,
Anno milleno nonagenoq; noueno*

A nato celso de primo Virgine Verbo.

Sedit annos 11. menses 4. & dies 18. Vacat Sedes dies 15.

Eius vita ab Anonymo conscripta asseruatur MS. in Vaticano ante Codicem MS. Epistolarum Iuonis Carnotensis, de laudibus etiam Andreas Sauffayus, Pandulphus Masca, Petrus Diaconus, Guilielmus Tyrius, Petrus Guillermus, Martinus Polonus, Ioannetus & alij.

De scriptis Posseuinus in *Apparatu sacro*, Rupipozeus in *Nomenclatura Cardinalium*, Augustinus Vichmantius in *Sabbathino Mariano cap. 2.* Bibliotheca Mariana Hippolyti Maracci, Arnoldus Vuion in *ligno vite*, Bibliotheca Cluniacensis, Ioannes Sauaro in *Originibus Claromontanis*, Petrus San-Iulianus Balurræus Decanus Cabilonensis in *Historia Monasterij Regalis Tornusiani*, Claudius de Rubys lib. 3. c. 33. *historia Lugdunensis*, Coccius in *Thesauro*, Volumen *Epistolarum diuersorum Principum*, Petrus Arcudius lib. 6. cap. 2. *de concordia Ecclesie Orientalis & Occidentalis in septem Sacramento- rum administratione.* Angelus Manrique tom. 1. *Annal. Cisterc. ann. 1099. cap. 1. n. 6.* Hugo Archiepiscopus Lugdunensis *Epistola ad Robertum Episcopum Lingonensem scripta.* Ciaconius in *Urano II.*

VRBA

VRBANVS III. antea Lambertus Criuellus, Mediolanensis, Papa 171. anno 1185. die 25. Nouembris Veronæ creatus, & 25. Decembris ibidem coronatus, scripsit

Piam Metaphrasim in Psalmum Quinquagesimum, Misere mei Deus. Extat tom. 1. Bibl. Patrum, Margarini Bignæi Cœnomanensis.

Epistolas, quas refert Binius tom. 7. Concil. & Baronius tom. 12. Annal.

Varia eius Decreta reperio *in peruetusto Codice MS. Lugduni apud nostros Carmelitas afferuato.*

Obiit Ferrariæ anno 1187. die 20. Octobris: sepultus in Cathedrali ad latus summi Altaris cum sequenti Epitaphio, quod sic collegi:

Hic iacet sacra memoria Vrbanus Papa III. natione Mediolanensis, & genere Cribellorum. sepultus (correctius electus) millesimo C L X X V. & reuelatus millesimo C C C V. die 9. mensis Augusti, indictione III. temporibus Fratris Guidonis Ferrariensis Episcopi, Ioannis Archipresbyteri, & Bonagracia Præpositi.

Sedit annū vnum, mens. 10. & dies 15. Vacat Sedes diem 1.

De eius rebus gestis Donatus Bossius, Ioseph Ripamontius, Paulus Morigia.

De scriptis Thomas Dempsterus *l. 1. historia gentis Scotorum, v. Aiulphus.* Apparatus sacer Posseuini, Andreas Schottus *de interpretibus sacra Scriptura.* Fabianus Iustinianus *l. 3. de sacra Scriptura.* Henricus Spondanus *in continuatione Baroniana.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Ioan. Antonius Velasquez *tom. 1. Comment. in Epist. ad Philipp. c. 1. v. 3. annotat. 1. §. 2.* Baldouinus ex Monacho Ordinis Cisterciensis Archiepiscopus 40. Cantuariensis *Epistolis ad Urbanum III.* Rogerius de Houeden *lib. 2. Annalium.* Ioannes Eusebius S. I. *lib. Stromatum sacrorum pag. 23.* Ioannes Pagaus *lib. 3. Bibliotheca Præmonstratensis.*

VRBANVS IV. antea Iacobus Pantaleo Gallus, patriâ Trecentis, Papa 181. anno 1261. die 29. Augusti Viterbij creatus, & 4. Septembris ibidem coronatus, scripsit

Descriptionem Terræ sanctæ, quâ Adrichomius vsus est in Theatro Terræ sanctæ.

Episto

Epistolarum volumen, in Vaticano M S. asseruatum, quo Lucas V Vadingus vsus est in *Annal. Minorum*.

Obiit Perusij anno 1264. die 2. Octobris, sepultus in Cathedrali cum sequenti Epitaphio à nobis hîc viso.

*Archilenita fui, Pastôrque gregis Patriar
Tunc Iacobus, posui mihi nomen ab Vrbe Monar
Tunc ciuis exiui, tumuli post condor in ar
Te sine fine frui tribuas mihi summe Gerar* } cha.

Sedit annos 3. mens. 1. & dies 4. Vacat Sedes menses 5. & dies 3.

Eius vitam scripserunt Gregorius Episcopus Baiocensis, Theodoricus de Valliscolor Champerius, Frizon, Papyrius Massonus, Andreas Saussaius, Platina, Onuphrius, Ciaconius.

De scriptis, Apparatus *Posseuini*, Marinus Ebulensis Archiepiscopus Capuanus *l. 2. tit. de elect. Rom. Pont.* Coccius in *Thesuro*. Henricus Ludouicus Castaneus, Rupipozæus Episcopus Pictauiensis in *Nomenclatura Cardinalium*. Andreas Duchesnius in *eius vita*. Binius tom. 7. *Concil.* Laërtius Cherubinus in *Magno Bullario*, Confettius *ibid.* Bzouius in *Vrbano*, Coriolanus *ibid.* Ferdinandus Vghellus *addit. ad Ciaconium*, Ciaconius in *vita Urbani I V.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliotheca Pramonstratensis.*

S. V R B A N V S V. antea Guilielmus Grimoardus de Grisaco, Gallus, patriâ Gabalitanus, seu Mimatensis, Abbas S. Victoris Massiliensis, Papa 199. anno 1362. die vltima Octobris, Auenione absens creatus, & die 6. Nouembris coronatus, scripsit

Orationem de expeditione Terra sanctæ ad Ioannem Fr. Regem habitam.

De oratione ex voto Commentaria egregia.

Versus de Agnus Dei, àd Imperatorem Gregorium, leguntur apud Stephanum Quarantam Neapolitanum *pag. 10. v. Agnus Dei*, & Victorellum *addit. ad Ciaconium*, necnon Aug. Patritium.

Epistolarum volumen. Extat MS. in Vaticano, & Patauij in Museo Benedicti Siluatici Primi medicinæ Professoris ex

Bibliothecis Patauinis Tomasini Episcopi ciuitatis Nouæ in Istria. Ei scripsit *Epistolarum senilium* libros Franciscus Petrarcha.

Obiit Auenione anno 1370. die 19. Decembr^{is}, ibidem primò sepultus in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ de Donis, decem & septem mensibus; postea iussu Gregorij XI. translatus Massiliam in Monasterium San- Victorinum 1372. mense Iunij in Sacello S. Petri, vbi legi sequens eius Epiaphium ad sepulchrum marmoreum appensum.

*Hic requiescit Vrbanus Pontifex in ordine quintus
Summus diuinitus Romanorum Presul electus.*

*Auctor bonorum, lux, censor, norma que morum
Speculum cunctorum, dogma, duxque Monachorum.*

Bonorum ductor, malorum quoque corrector,

Iustitiæ tutor, studiorumque reparator.

Nullius acceptor, direxit iustitiæ libram

Virtutibus fulgens cunctis iura reddidit idem.

Atque simoniam sui splendore fugauit

Ecclesias nempe reparauit Roma diuinitus.

Apostolorumque capita nunc recondidit,

Pauperes alendo Christi mandata compleuit,

Hicque bonus Pastor, ad fidem Christi reduxit,

Græcorum Cæsarem errore caligine tectum.

Post labores tandem multos, desuperque vocatus

Inter fratrum manus illa facta membra resoluens

Christi vicarius transiit ad astra beatus,

Quem Deus multum ex alto per signa monstrauit

Qualis enim fuerit signa tanta clarè demonstrant.

Ad tumulum huius languentum membra sanantur.

In multis alijs Prouincijsque clarè constat,

Nec non Italia ab ipso multum amata,

Miraculis latè hoc in Hispanica patet

Ac in Boëmia, nobilique Francia tota.

Gaudet Prouincia Arelatensis siue vocata

Per tanta signa meritis Urbani ornata.

Ergo mente pura te Urbano Beato

Pontifici summo, lector deuote, commenda.

Anno

*Anno Millesimo Trecento quoque Septuagesimo
Currente Domini mensisque decima nona
Decembris erat dies, cum Beatus iste
Urbanus ad Christum transitu felici migravit.*

Sedit annos 8. menses 2. & dies 23. Vacat Sedes dies 11.
Eius sanctitas memoratur in *Martyrologijs* Benedictino, &
Gallicano.

Vitam Urbani scripserunt Symphorianus Champerius,
Frizon, Bosquetus, Ægidius Romanus, & Soarius, præter
Pontificios, Andreas Sauffayus, Ioannes Riuadellus.

De scriptis Guilielmus Eysingrenius, Possuinus, Rupipo-
zæus, Bzouius, Spondanus, Lucas Vadingus in *Registro
Pontificio tom. 3. Annal. Minorum, & vita S. Petri Thomæ Car-
melitæ. Duchesnius in eius vita, Ruffi in historia Massiliensi,
Massiliæ anno 1642. fol. Gallicè edita, Andreas Vidorellus
addit. ad vitam Urbani V. Ioannes Pagæus lib. 3. Bibliotheca
Præmonstratensis.*

URBANVS VI. antea Bartholomæus Prignano, aliàs Tue-
zillus, Neapolitanus, Papa 201. anno 1378. die 8. Aprilis
Romæ creatus, & die 18. eiusdem mensis & anni corona-
tus ad gradus S. Petri, scripsit

Historiam Episcoporum Barensum ad sua usque tempora.

Formulas precum. Prodierunt Dilingæ in Germania 1567.
vulgari idiomate, vnà cum indulgentiis, quas ipse concessit.

Epistolas quasdam. Extant tom. 7. *Conciliorum*, Seuerini Bi-
nij. Ei scripsit 8. *Epistolas* S. Catharina Senensis.

Constitutiones Ecclesiasticas. Leguntur in *Collectione Ro-
mæ* 1579. edita.

Litteras Apostolicas seu Bullas, habes in *Magno Bullario*,
Laërtij Cherubini.

Romæ obiit anno 1389. die 15. Octobris, sepultus in Vati-
cano cum sequenti Epitaphio:

*Hoc animo magnus, sapiens, iustusque Monarcha,
Parthenopæus adest Urbanus sextus in arca,
Ferebat fidei latebras conferre Magistris,
O decus, his fretus semper post prandia sistris,
Schismatibus magnis animo maiore regebat:*

Ff 2

Omne

*Omne simoniacum tanto sub Patre tremebat,
Quid iuuat hunc terris mortali tollere laude?
Pro meritis, cæli splendet tibi gloria valde.*

Sedit annos 11. menses 6. & dies 13. Vacat Sedes dies 18.

De Urbani VI. gestis Angelus Acciaiuolus, Bertramus, Gallus, Bertrandus Lagerius, Gerardus Magnus, Gualterus, Diffæus, Petrus Corfinus, Petrus Boninsegnius, Theodorus Niemus.

De scriptis Guilielmus Eysingrenius, Coccius in *Thesauro*. Apparatus sacer *Posseuini*, Rupipozæus in *Nomenclatura Cardinalium*. Bibliotheca abbreviata *Gesneri*.

URBANVS VII. antea Ioannes Baptista Castaneus, Romanus, Papa 229. anno 1590. 16. Septembris creatus, scripsit dum adhuc Episcopus Rossanensis esset,

Epistolas ad diuersos, Romæ in Bibliotheca Barberina cum eius diarijs. MSS. asseruatas, & ibidem à me visas, singulari humanitate eruditissimi viri Caroli Moroni, eiusdem Bibliothecæ Præfecti.

Obiit Romæ anno 1590. 27. Septembris, sepultus est in Basilica Vaticana. Sedit dies 13. Vacat Sedes menses 2. & dies 8.

De rebus gestis Urbani VII. edidit Pompeius Vgonius, Ioannes Petrus Rossi, Antonius Cicarella, Augustinus Valerius, Laurentius Arrigho, Filliucius, Ciaconius, Laurentius Beyerlinck & alij.

URBANVS VIII. antea Maphæus Barberinus, patria Florentinus, Papa 235. anno Christi 1623. die 6. Augusti creatus, & 29. Septembris Romæ in Basilica Principis Apostolorum coronatus, scripsit

In aliquot Psalmos, & Cantica noui & veteris Testamenti Paraphrasim.

In Christi Domini, Beatæ Virginis & aliorum Sanctorum dies festos, Hymnos & Odas.

In viros Illustres Epigrammata.

Pœmata varia eius Latina. Prodiere Romæ in Ædibus Collegij Romani Societatis Iesu, typis Vaticanis 1631. & 1640. in 4. & 8. & Antuerpiæ 1634. in 4. *In ea scripserunt, Iulius Cæsar*

Cæsar Capaccius Neapolitanus, Neapoli in 4. typis Lazari Scorigij 1633. Henricus Dormalius Prodromicus, Romæ 1641. typis Francisci Monetæ in 4. Thomas Campanella Calaber Stylenfis, Dominicanus, qui obiit Parisiis 1639. Magnus Perneus, Ioannes Hieronymus Kapsperger Musicus ea musicis modis aprauit. Romæ apud Lucam Antonium Solum 1624. in fol. & 1633. in fol. apud Paulum Masottum vol. 11. Hieronymus de Corral Commentaria Iulij Cæsaris Capaccij *Hispanicè* reddidit.

Odem exhortatoriam ad virtutem, Francisco Cardinali Barberino fratris filio dicatam, quam carmine Pindarico Græco exprimere conatus est Cl. V. Leo Allatius. Extat Græcè *ante Apes Vrbanas*, dicti Allatij Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 8. excusas.

Pœstas Etrusco idiomate editas, Romæ apud Typographos Camerales 1640. in 12.

Vitam Roberti Cardinalis Bellarmini, S. I. incæperat versu Heroico, teste R. P. Hilarione Costæo Parisino Minimo in *eloquio dicti Bellarmini*.

Decreta Ecclesiastica varia, quorum illa *de celebratione Missæ*. Prodierunt Parisiis in 8. Illa verò *de canonizatione Sanctorum*, Lugduni 1634. in 8. apud Laurentium Durand à Felice Contelorio I. C. Romano, relata ad calcem operis *de Sanctorum canonizatione*.

Constitutiones Ecclesiasticas & litteras Apostolicas, quarum collectionem habes *tom. 4. magni Bullarij*, Laërtij Cherubini ab eius filio D. Angelo Maria Cherubino Monacho Cassinensi Romæ 1638. fol. editam. Vide etiam Martinum Bonacinam vtriusque signaturæ Referendarium Apostolicum *de censuris in Bulla Cæne à S. D. N. Urbano VIII. editis*, &c. Lugduni 1629. fol. sumptibus Claudij Landry.


Hymnos sacros expurgari iussit; etiam *Breuiarium ceremoniale Episcoporum ac Martyrologium*, eius auctoritate recognita, & denuò edita habemus.

De laudibus Urbani VIII. Levinus Hiellius, Theodorus Amydenus, Stephanus Simonius, Lælius Guidiccionus, Andreas Turellus, Gabriel Naudæus, Lucas VVadingus,

Gregorius Portius, Andreas Baianus, Ioannes Ciampolus, Iulius Rospiglofus, Andreas Victorellus, Ioannes Imperialis, Abel San - Martinus, Alexander Raynaldi, Augustinus Mascardus, Augustinus Terzagus, Balduinus de Montefimo mello, Marcus Guadalajarra, Ferdinandus Carolus, Franciscus Bracciolinus, Gaspar de Simeonibus, Ignatius Braccius, Octavius Baronius, Ioannes Baptista Spadius, Iustus Rickius, Laurentius de Franchis, Laurentius Smiecouicitus, Rodolphus Botterus, Stephanus Bubalus, Dionysius Petavius, Dionysius Saluagnius Boëssius, Bartholomæus Viassius, Gregorius Holinius, Rainerus Zenus, Bartholomæus de Castro, Ioannes Baptista Viues.

De scriptis Urbani VIII. loquuntur Cæsar Ripa, Perusinus in sua *Iconologia, seu descriptione diuersarum Imaginum*, Romæ apud Lepidum Facium 1603. in 4. pag. mihi 32. Italicè edita, Claudius Robertus in sua *Gallia diuisione*, Claudius Clemens, Ornanensis, Sequanus S. I. l. 1. de *Musei exstructione* sect. 3. pag. 60. Thomas Dempsterus lib. 12. *hist. Scotorum V. Maria Stuarta* pag. 463. Iacobus Auzolius Peyrius in sua *S. Chronologia*. Giuniparus à Drepano, Franciscanus in *disputationibus commentarijs pro iuris Pontificij defensione*. Ludduni apud Laurentium Durand 1637. in 4. Latinè editis, Hippolytus Maraccius in *Bibliotheca Mariana*, Hermannus Hugo S. I. in *Epistola dedicatoria Emblematum ad Urbanum VIII.* Ioannes Baptista de Lezana, Carmelita in *summa quaestionum Regularium*. Thomas Campanella de *proprijs libris*, art. 2. de *Poëtis*, Ioannes Eusebius S. I. lib. *Stromatum sacrorum* pag. 165. Dionysius Saluagnius Boëssius in *oratione ad Urbanum VIII.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Sixti IV. & in vita Urbani*. Ioannes Pagæus lib. 2. *Bibl. Præmonstratensis*.

Z.

 ANCTVS ZACHARIAS, Græcus, Monachus, Papa 93. anno 741. die 5. Decembris creatus, Ciaconio die 1. Decembris creatus, & die 3. consecratus, scripsit
Epistolas

Epistolas, quarum quatuordecim refert Binius *tom. 5. Concil.* ex Codice MS. & Nicolao Serrario S. I. Iacobus Gretferus varias *in sua Collectione*. Ioannes à Bosco & Ioannes Lieuræus *unam ad Austrobertum Archiepiscopum Viennensem*. Consule Possuini *Apparatum* de Epistola Zachariæ ad Bonifacium.

Decreta varia apud Iuonem, Burchardum, Gratianum, Carranzam, Augustinum Barbofam, & alios.

Dialogorum libros S. Gregorij Magni è Latino in Græcum vertit. Prodierunt Romæ 1590. cum S. Gregorij operibus Græcè & Latinè, & Ingolstadij 1603. studio Cl. viri Henrici Canisij *tom. 3. Antiquæ lectionis*. Exstant MSS. Græcè Romæ in Vaticano. Viennæ Austriæ in Bibliotheca Imperiali, Augustæ Vindelicorum, Hildebergæ, Patmos Insulæ in Mari Ægeo, iterum Romæ in illa S. Mariæ in Vallicella.

Duo eius Concilia Romana exstant *tom. 5. Concil.* cum Notis Binianis ex Laurentio Surio, & Codice Vaticano desumpta.

Obiit anno 752. die 15. Martij, sepultus in Vaticano. Sedit annos 10. menses 3. & dies 10. Vacat Sedes dies 12.

De vita Zachariæ Anastasius Bibliothecarius, Platina, Onuphrius, Ciaconius & alij.

De scriptis S. Bonifacius *in Epist. ad Zachariam*, Cudbertus Mageferus *ibid.* Egbertus, vel Cuthbertus Archiepiscopus 11. Cantuariensis *ibid.* S. V. Vilibaldus *ibid.* S. Abel, Scotus, Coadiutor S. Rigoberti Archiepiscopi 27. Remensis *ibid.* Virgilius Soliuagus, Hibernus *ibid.* Metellus Monachus Tegerensis, Lupus Abbas Ferrariensis *Epist.* 81. Photius *tom. 2. sua Bibliotheca*, Sixtus Senensis, Coccius, Trithemius, Possuinus, Baronius, Sigebertus, Genebrardus, Gualterus, Fronto Ducæus, Bellarminus *l. 4. de Rom. Pont.* Hadrianus I. *in Epist. ad Constantinum & Irenem*, Franciscus Forreblanca *l. 1. de Magia, cap. 37.* Adreualdus, Gallus, Monachus Floriacensis *l. 1. cap. 15. de miraculis S. Benedicti.* Philippus Gamachæus *in primam secundam quest.* 104. & 105. *cap. 2.* Petrus de Marca, Marinus Merfenius *in commentarijs in Genesim.* Bibliotheca Gesneri, Andreas Victorellus *addit. ad vitam S. Zachariæ Papæ.*

S. ZEPHE

S. ZEPHERINVS, Cherubino Abundius Zepherinus, Romanus, Papa 16. anno 203. die 8. Augusti creatus, scripsit *Epistolas Decretales duas*. Extant *tom. 1. Concil.* cum Notis Seuerini Biniij, *tom. 1. Epist. Pontif. tom. 2. Annal.* Baronij, apud Iouerium, & Gruterum.

Decreta apud Isidorum, Cresconium Episcopum, Iuonem, Gratianum & alios.

Obiit anno 221. die 26. Augusti: sepultus viâ Appia iuxta Callisti cœmeterium. Sedit annos 18. & dies 18. Vacat Sedes dies 6.

De scriptis *Apparatus sacer* Posseuini, Genebrardus, Coccius, Tertulianus *lib. de Pudicitia, cap. 1.* Eusebius *in Chronol.* Bellarminus *l. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Ioannes Ekius *de Primatu Petri, l. 3. cap. 18.* Thomas V Valdensis *tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 33.* Petrus Cotton *l. 2. Institut. Cathol. cap. 33.* Coriolanus *in annotat. ad Canones Apostolorum, Bibliotheca Gesneri, Baptista Patina in Zepherino, Ioannes Franciscus Bordinus ibid. Alphonfus Ciaconius ibid. Baptista à Glano ibid. Andreas Duchesnius ibid. Papyrius Massonus ibid.*

S. ZOSIMVS, Græcus, Cæsariensis, Cappadox, aliis Reatinus ex magna Græcia, nunc Calabria, Papa 42. anno 417. die 19. Augusti creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas Decretales tredecim. Extant *tom. 1. Concil.* cum Notis Binianis, partim apud Baronium ex Codicibus Vaticano & Arelatensi, & partim apud Iouerium & alios *Epistolarum Pontificiarum* Collectores. Item

Epistolam ad Gallicanos Episcopos, de vita & conuersatione S. Trophimi Archiepiscopi 1. Arelatensis; quam refert Benedictus Gononus, Cœlestinus Lugdunensis *in suo tom. 2. de vitis Sanctorum part. 1.* ex antiquo Breuiario Arausiensi, à Cardinali Baronio diu desideratam, cuius beneficio legi in hoc opere ad umbilicum perducto.

Decreta apud Isidorum, Cresconium, Iuonem, Burchardum, Gratianum, Carranzam, Barbosam & alios *Decretorum* Collectores.

De Paschate librum ad Hilarium Episcopum, ut puto, Narbonensem, ex Trithemio, ad quem scripsit *Epistolâ octauam.*

De

De Sacerdotio ad Esycium lib. 1. Exigit dilectio tua, &c. ex eodem.

Obiit anno 418. die 26. Decembris: sepultus est viâ Tiburtinâ iuxta corpus B. Laurentij Martyris. Sedit annum 1. mens. 4. & dies 7. Vacat Sedes dies 2.

De Zozimo M. Antonius Cappellus, Baronius, Anastasius, Platina & alij.

De scriptis Zosimi loquuntur S. Augustinus *de peccato originali cap. 5. 6. 8. & 22. Epistolâ 157. & lib. 2. contra Epistolam Pelagij, cap. 3.* S. Prosper Episcopus Regiensis *in Chron. & contra Collatorem*, S. Cœlestinus I. Papa *Epist. ad Episcopos Gallie.* Possidonius *in vita S. Augustini, cap. 18.* Trithemius, Gennadius, Coccius, Possesinus, Baronius, Gualterus, Bibliotheca Floriacensis, Ioannes Lieuraeus *in Antiq. Vienna pag. 113.* vbi refert Epistolam Zosimi, Simplicio Archiepiscopo directam, quæ deest *tom. 1. Conciliorum Binij*, Carolus Saussseyus *in Annalibus Ecclesie Aurelianensis, l. 1.* Claudius de Rubys *l. 1. c. 4. hist. Lugd.* Petrus Saxius *in Chronologia Archiepiscoporum Arelatensium.* Bellarminus *l. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Petrus de Marca *l. 2. cap. 15.* Gesneri Bibliotheca, Anastasius Bibliothecarius *in Zozimo*, Baptista Platina *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Thomas V Valdensis, Carmelita *tom. 4. cap. 166.* Marcus Antonius Cappellus *de appellationibus Ecclesie Africana ad Romanam secundum librum Parisijs 1622. editum.*

Gg

CENTVRIA



CENTVRIA
PSEVDOPONTIFICVM.
QVI SCRIPTIS CLARVERVNT.

ANACLETVS II. antea Petrus Leonis cognominatus, patriâ Romanus, ex S. R. E. Diacono Cardinali tit. SS. Cosmæ & Damiani à Paschali II. & Presbytero Cardinali S. Mariæ trans Tiberim tit. Callisti Pseudopontifex contra Innocentium II. anno Domini 1130. in schismate creatus est, scripsit

Epistolas ad diuersos. Extant MSS. Romæ in celeberrima Bibliotheca Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini litterarum & litteratorum Patroni celeberrimi, nec non etiam in illa monasterij Montis-Cassini; quas Eminentissimus Cæsar Cardinalis Baronius *Annalibus suis nunquam satis laudatis*, inseruit.

Obiit Romæ anno postquam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, 1138. sepultus est in Ecclesia Constantiana, seu Lateranensi.

De Anacleti II. Epistolis consule, si lubet, Cardinalem Baronium *ab anno 1130. usque ad 1138.*

BENEDICTVS XIII. antea Petrus de Luna nuncupatus, Arrago, Hispanus, V. I. Doctor ac Professor publicus in Gymnasio Montis-Pessulani, Archidiaconus Cæsar Augustanus, deinde S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ in Cosmedin, ac Hispaniarum & Galliarum Legatus, postremò Auenione 4. Kalendas Octobris ann. 1394. electus Pseudopontifex, & 5. Idus Octobris ibidem coronatus aduersùs Bonifacium IX. Innocentium VII. Gregorium XII. Alexandrum V. Ioannem XXIII. & Martinum V. Pontifices Maximos legitimos, scripsisse compertum habeo.

De potestate summi Pontificis & Concilij librum. Extare perhibetur MS. Romæ in Bibliotheca Pontificia Vaticana.

Vita

Vita humana aduersus omnes casus consolationes. Extat Hispanicè.

Et alia quedam, sed mihi hætenus ignota.

Decessit Penischolæ, oppido Regni Valentiaë munitissimo, diœcesis Dertusensis, octuagenario maior, vsque ad vltimum vitæ spiritum in sua obstinatione permanens, anno post Christi natiuitatem 1424. Antipontificatus sui anno 30. mense Septembri, sub Martino V. Pontifice Optimo Maximo: eius cadauer ibique sepultum est, quod postea translatum est Igluecam Arragoniaë oppidum, ibique intra arcem loco profano repositum, quo in loco integrum hodie perseverat, in ditone Comitum Moratæ.

De rebus gestis Benedicti XIII. Pseudopontificis consule Platinam, Onuphrium Panuinum, Andream Billium, Hieronymum Ochonem Carmelitam, Ioannem Gersonem, Henricum Langestejn, Ioannem Coltonum, Alphonsum Ciaconium, Andream Duchesnum & alios.

CLEMENS VII. antea Robertus ex Comitibus Gebennensibus, Sabaudus, ex Episcopo 44. Morinensi, nunc Bononiensi in Picardia, Archiepiscopus 61. Cameracensis, & S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. duodecim Apostolorum, postremò aduersus Vrbanum VI. anno 1378. die 20. Septembris Fundis in Campania creatus Pseudopontifex, ibidèmq; die 1. Nouembris in Ecclesia Cathedrali coronatus, scripsit

Epistolas varias.

Obiit Auenione, ibidèmq; sepultus in Ecclesia Cœlestinorum ad pontem Sorgiæ, cum sequenti Epitaphio:

Hic requiescit Dominus Clemens Papa VII. Primus huius Cænobij Fundator, ex patre Amedeo Comite Gebennensi, matre verò Mathilde de Bologna genitus, qui fuit Protonotarius, Morinensis & Cameracensis Episcopus, deinde Cardinalis, demum ad Papatum inuitus assumptus, & curia tunc incolumi reducta, Dominum Petrum Cardinalem de Lutsemburgo miraculis coruscantem in hoc cœmeterio sepultum ad Cardinalatum assumpsit, & in fine anno 17. sui Pontificatus migravit ad Christum die 17. Septembris 1394. cuius anima requiescat.

De rebus gestis habes Theodoricum Niemum, Platinam,

Onuphrium, Alphonsum Ciaconium, Andream Duchesium & alios.

NICOLAUS V. antea Petrus Corbarius, vel de Corbario, cognomento Rainallucius, corruptè Remalutius in agro Reatino ex humili loco natus, Pseudopontifex à Cæsare Ludouico Bauaro Romæ anno 1327. die 12. Maij aduersus Ioannem XXII. creatus, Ordinis Minorum, scripsit

Glossulam super Christi imitatione lib. 1.

Abdicationem Antipapatus sui inter manus Ioannis XXII. Papa, Auenione in publico Consistorio factam, quæ habetur in vita Ioannis XXII. ab eruditissimo D. Francisco Bosqueto edita, nec non in Elencho Cardinalium, à Felice Contelorio, publicato, etiam apud Ciaconium.

Abdicauit Auenione die 23. Augusti 1330. Obiit Auenione anno salutis 1333. mense Septembri, sepultus est in Ecclesia Minorum.

De scriptis Ioannes Balæus Apostata in *Catalogo*, Conradus Gesnerus Hæreticus in *Bibliotheca v...*

NOVATIANNVS ex Romanæ Ecclesiæ Presbytero Pseudopontifex aduersus S. Cornelium Pontificem Romanum, scripsit

De Pascha lib. 1. De cibis Iudaicis lib. 1. De Sabbatho lib. 1.

De Instantia lib. 1. De Circuncisione lib. 1. De Attalo lib. 1.

De Sacerdote lib. 1. De sancta Trinitate lib. 1. De oratione lib. 1. Epistolas plures ad diuersos, & alia nonnulla.

Claruit anno salutis 250. ex S. Hieronymo, sed ex Ciaconio occisus Romæ tempore Sixti II. Papæ.

De scriptis Abbas Trithemius in *Catalogo*, Conradus Gesnerus in *Bibliotheca v. N.* Antonius Posseuinus in *Apparatu sacro*, & alij.

PASCHALIS ex S. R. E. Archidiacono Pseudopontifex aduersus Sergium I. Papam creatus, scripsit

Litteras ad Ioannem Exarcham Rauennatem, ex Alphonso Ciaconio in vita Canonis Papa.

Mortuus est anno gratiæ 687. sub Sergio I. Papa.